



1570/45





BIBLIOTECA DE LOYOLA
 Sala H Estante A Plúteo 4

IUSTINI EX TROGO POMPEIO

HISTORIA, FIDELISSIMA RE
 cognitione nunc postremo, collatis ad auto-
 rem & Graecis & Latinis Historicis,
 pristinae ueritati restituta.

ADIECTAE SVNT PRAETEREA ET
 Monarchiae ad calcem libri huius; unde quibus & quan-
 diu quisq; Regum imperarit, deprehendere facile est:
 plurimum ad historiarum lectionem facientes.



COLONIAE AGRIPPINAE,
 Apud Gu. ltherum Fabricium, & Ioannem
 Gymnicum. M. D. LXX.

41968 504486
 Haag by ...



AD BENEVOLVM LECTOREM.



monem Nicaeum ab Arato interrogatū, qua ratione Homerī libros q̄ emendatissimos conserui possit, respondisse ferunt: si eos, qui omnium minimè essent emendati, sibi compararet. Et rectè sanè ac prudenter Ti-

mon. Neque enim librariorum tantum in transcribendis autoribus negligentia, uerum eorum etiam, qui tam facile in optimos quosq; autores censuram agunt, temeritate et inscitia factum crediderim, quod tot clarissimorum hominum egregia scripta ac monumeta, quibus nihil esse debebat sacrosanctius, tã deprauata ac uiciata passim iam extare uidemus. Poterat itaque cum hæc res, tum quod iam dudum fertur, esse qui Trogi ipsum tot iam annis exulantem, nobis sint reducturi et restituri, nos à consilio recognoscendi Iustini reuocare, nisi et ista, si qua tamen est, Trogi editione diutius nos sustineri, et tanto à iuuetute studio Iustini compendium adeo deprauatum, purius et emendatius desiderari uisidiffem. Et referebat certè permultū, expectari à nobis Trogium ipsum: cum Iustinum nisi ex fonte ipso, unde hæc omnia proflexerunt ac dimanarūt, restituere neq;

London
London
London
London

EPISTOLA.

facile possis, neque serè ratione alia conueniat. Sed quid
 facias, ubi rem sine magna studiorum iuuentutis iactan-
 ra diutius exarabi nequaquam posse, & de Trogo etiã
 nunc plerosque dubitare cernas? Atque utinam tandem
 isti quantam ubiq; Trogi expectationem concitarunt,
 tantam à bonis omnibus gratiam inire optimo autore
 proferendo & producendo pergerent. Cum enim egre-
 gie illi de studiosis mereri uideantur, qui cõmentarium
 Iustini, qui quanquã etiam suis ille ornamentis non ca-
 reat, tamen historie quasi *κλεινο γράμμα* tantum quan-
 dam exhibet, subinde accuratius recidunt: quanto plus
 illis debebitur gratiæ, qui thesaurum ipsam tam præcla-
 rum autorem quasi ab Orco reducem nobis in lucem fe-
 cerint, qui res cum Græcorum, tum Romanorum, non
 primis lineis, sed uiuis coloribus expressas ac depictas,
 spectandas proponit? Porro neque rectè senserint, ubi
 Trogum ipsam, qui pollicentur, ostenderint: neq; sim-
 pliciter ingrati fuerint adolescentes, si qui putarint Iu-
 stini compendium prorsus abiiciendum. Nam ut maxi-
 mè puriores ex fonte hauriantur aquæ, tot tamen in
 hoc autore egregiæ uirtutes merentur, ut optimus com-
 mentarius & conseruetur, & adolescentibus sit quàm
 commendatissimus. Ut enim in narrando autoris graui-
 tatè, et ubique aptam historie seriem & ordinem (quæ
 uirtutes uel potissimum historicum commendant) præ-
 teream, quid est illa Iustini breuitate, qua tot regum,
 gentium

EPISTOLA.

gentium, ac populorum res gestas in tam paruum com-
 mentariolum contulit, admirabilius: quæ quantum ad
 res cœlestium percipiendas, tum in animo retinendis con-
 ferat, quis non uideat? Quare hoc compendium huius uir-
 tute, siue Typographorū negligentia adeo corruptū,
 dignum arbitrabar, quod & à tot mendis repurgaretur,
 & nitidius transcriberetur. Quid uerò præstiteris-
 mus, & qua fide & diligentia in eo recognoscendo sim-
 uersatus, ij demum intelligent, qui cum ueteribus no-
 strum exemplar conferent. Et quanquam plurimis &
 uarijs codicibus usi simus, tamen nullus ex his fuit, in
 quo aut non permulta desideraremus, aut cuius lectio-
 ne multum simus adiuti. Porro cum uiderer ex ista le-
 ctionum uarietate quasi (quod dici solet) *ἐπιπρόσθετον*
ἀχρῆσιν ἀλίγοις καὶ πτόσι σὺνέχεσθαι, tutissimū ac opti-
 mum adparebat, si rem ad fontes ipsos Græcos autores
 reuocarem, quorum autoritas, si quid Trogus à nostra
 lectione, quod futurum uideatur, paululum recesserit,
 aut uariauerit, facile delicti nobis gratiam merebitur.

Neq; enim peccare uidentur, qui cum istis errant.

Nam quod talium autorum fieret exem-
 plo, id etiam iure fieri pruden-
 tes quidem putarunt.

Vale,



INDEX HISTORIAE

RVM QVAE IN IVSTINI *Epitoma*

Epitoma continentur.

Abdolo
Abdolo
Epitoma
Epitoma

Abacirita fugati a ranis & veneno necatur 178.
 muribus 164. Agathoclesbis vincitur 211.
 Aborigines primi cultores Agathoclis audacia, qui vi-
 Italiae 334. ctus, victoribus bellum
 Abdolominus rex Sydoniae infert 212.
 factus 117. Agathocles bellum ex Sicilia
 Abraham 289. in Africa transfert Ibid.
 Acefines 135. Agathoclis oratio ad milites
 Achaei uicti caesi; 281. Ibid.
 Aetoli vincuntur a Roma- Agathoclis egregia uictoria
 nis 271. de Carthaginensib. 214.
 Adulteria feuerè Parthi pu- Agathocli. successus 215.
 niunt 322. Agathocles in Sicilia reuer-
 Acaides 181. sus, totius insule imperium
 Aegæus 27. occupat 217.
 Aegyptiorum continetia 184. Agathocles vincitur a Poe-
 Aeneæ in Italia aductus 335. nis Ibid.
 Aeolides insulae 53. Agathoclis fuga Ibid.
 Aeolus 54. Agathocles Siciliae tyrannus
 Aetna 52. ex patre figulo natus
 Aetolorum superba respon- 208.
 sio 247. Agathoclis mores 209.
 Aetolorum senatus Romam Agathocles tribunus militum
 missus. 279. creatur Ibid.
 Aes Corinthiacum 281. Agathoclis gesta Ibid.
 Afrorum ad Agathocle de- Agathocles obsidet Syracu-
 fectio 215. sas Ibid.
 Agathocles Lysimachi filius Agathoclis laus 220.
 Agatho-

I N D E X.

Agathocli. morbus Ibid. Alexander Philippi pater e
 Agathoclis exitus 221. gnat 84.
 Agathoclea 257. Alexander cum matre susse
 Agas rex Cyrenarum 242. ctus de parricidio 101.
 Agatho prator Syracusis co Alexander Magnus a patre
 stituitur 210. in castra accersitus 96.
 Agesilaus 72. Alexandri aetas & indols
 Agesilai laus Ibid. 107.
 Agis boni imperatoris exem Alexander Graeciae rex con
 plum 169. stituitur Ibid.
 Alba longa CCC. annisre- Alexandri celeritas 108.
 gni caput 336. Alexandri in conatos cru-
 Albani in oriente ex Italia delitas 110.
 oriundi 329. Alexander cum exercitu in
 Alcibiades infimulatur my- Afam possidetur 111.
 steria Cereris enunciasse Alexandri exercitus 111.
 58. & 112.
 Alcibiades in exilium profe Alexander Gordium nodum
 ctus Ibid. soluit 113.
 Alcibiades ad Tissaphernem Ale- Alexander in morbum inci-
 profugit 59. dit 114.
 Alcibiadis callidum ingeni- Alexandri & Philippi com-
 um 60. paratio 103.
 Alcibiades exul in patria r- Alexandri ad Issum victoria
 dit 12. 116.
 Alcibiadis laus ibi. Alexandri clementia Ibid.
 Alcibiadis secundum xili- Alexander luxu sectari quan-
 um 63. do ceperit Ibid.
 Alcibiadis interitu 66. Alexander in Syriam profi-
 Alexandri laus 82. ciscitur 117.
 Alexandri factus in legatos Alexander ad Ammonem pro-
 Perfas 83. ficiscitur 118.
 Alexander Aetnas mittitur Alexander Iouis filius ad pel
 99. latus Ibid.
 a 4 Alex-

Handwritten notes in the right margin, including 'Fons' and 'Fons'.

INDEX.

Alexandri insolentia Ibid. solentia 312.
 Alexandri humanitas 119. Alexander rex subornatus
 Alexandri magnanimitas vincitur a Grypho 313.
 120. Alexandri sacrilegium & in-
 teritus Ibid.
 Alexandri ad suos oratio 121. Alexandria conditur 130.
 Alexandri virtus 122. Amazones 330.
 Alexandri de Dario victo- Amazonum origo, & vnde
 ria Ibid. dicta 22. & 23.
 Alexander Darium persequi Amazonum gesta 23.
 tur 123. Amazones Atheniensibus bel-
 Alexandri fortitudo insignis lum intulerunt 24.
 135. Amazonum interitus 25.
 Alexander vulneratus 136. Ambitionis exemplum 132.
 Alexander Epir rex 214. Amilcar 193. & 211.
 Alexandri luxus a Persis Amilcar occiditur 194.
 137. Amilcari Amilco succedit
 Alexandri crudelitas 129. Ibid.
 Alexander Satyram vorem Amilcar moritur 211.
 ducit 137. Amilcar Rhodanus 208.
 Alexandri audax facinus Amilconis querela 195.
 138. Amilconis exitus miserabi-
 Alexandri oratio ad Persas lis 196.
 Ibid. Amyntas 82.
 Alexandri mors 140. Amyntæ Alexandri Magni
 Alexandri hæres 142. ui proles 84.
 Alexandri ætas Ibi. Amphitrion 27.
 Alexander a Demetrio occi- Artabnus 43.
 ditur 170. Amulius 336.
 Alexander vltor seruilis cru- Anaxilas 54.
 delitatis 186. Andragons 129.
 Alexander Prompalus & vi- Anchora naturalis nota An-
 ta & regno spoliatur 285. tiochi & eius nepotū 168.
 Alexandri ingratitude & in- Annibal Cuthagensem
 dux

INDEX.

dux 152. nis infert Ibid.
 Annibalis nomen terribile Antigoni moderati uictoris
 262. exemplum 251.
 Annibalis prudentia 265. Antigoni mors Ibid.
 Annibalis ex Africa fuga Antigonus vincitur ab Ale-
 Ibid. xandro Pyrrhi filio 241.
 Annibalis consilium de bel- Antiochia 186.
 lo contra Romanos ge- Antiochus Soter Syriæ & A-
 rendo 364. siæ rex 224.
 Annibalis & Antiochi de Antiochus Ibid.
 bello gerendo consilia Antiochi bellum aduersus
 266. fratrem 245.
 Annibalis astutia 276. Antiochus fratrem metuens,
 Annibalis de Romanis iudi- ad hostem confugit 246.
 cium 267. Antiochi mors Ibid.
 Annibalis fuga in Cretam Antiochi Sederis in Parthos
 275. bellum 309.
 Annibal coniectis in nauem Antiochus Theos 243.
 serpentibus uincit 276. Antiochi negligentia in pa-
 Annibalis temperantia & mo- rando bello 267.
 deratio Ibid. Antiochus vincitur 268.
 Annibalis mors Ibid. Antiochi legatio ad confu-
 Antiope 25. les pro pace petenda Ibi.
 Antiope capitur 24. Antiochus vincitur a Scipio
 Antigonus vincitur, & occi- nibus 270.
 ditur 169. Antiochus Magnus in facri-
 Antigonus superatur a Pyr- legio interficitur 272.
 rho 136. Antiochus Epiphanes, Pto-
 Antigonus Philippi tutor lemæo Epiphani infert
 249. bellum 281.
 Antigonus diadema regium Antiochus Epiphanes mori
 propter seditionem abij- tur 282.
 cit 250. Antiochus Sedetes Syriæ
 Antigonus bellum Sparta- rex 289.
 Antio-



I N D E X.

Antiochi successus 309.
 Antiochus Sedetes uincitur & interficitur 310.
 Antipater insidiarum autor 140.
 Antipater interficitur 172.
 Antonius à Parthis vincitur 333.
 Aquileia 275.
 Arbaces ppositus Medis 4.
 Arbaces rex 5.
 Archagati mors 218.
 Argeus 81.
 Argyraspides 132. 137.
 Argyraspides vincunt 160.
 Argonautæ 275. 329.
 Aristoteles Alexandri præceptor 143.
 Aridæus frater Alexandri 142.
 Aridæum pedites regem cõstituant 148.
 Arideus occiditur 161.
 Arymbas 86. & 180.
 Aristotimus Epirorù tyrannus 339.
 Aristotimus occiditur 240.
 Ariarathes rex Cappadociæ 252.
 Ariarathes per dolum à Mithridate obruncatur 297.
 Aristonicus in carcere necatur 293.

Ariobarzanes Cappadociæ rex 398.
 Ariobarzanes Romam aufergit 310. Ibid.
 Aristæi inuenta 154.
 Arsynoë 279.
 & 227.
 Arsynoë Ptolemæi foror 225.
 Arsacides rex Parthorum 5. 286.
 Arsaces Parthorum imperiù inuadit 323.
 Arsaces Parthicum regnum format 324.
 Arsaces Parthis is, qui Persis Cyrus 329. Ibid.
 Arsaces II. 178. Ibid.
 Arsyrice 178.
 Arrogantia 154.
 Armenij gentis & regni origo 328.
 Armenius comes Iasonis 161. Ibidem.
 Armenium Armeniam condidit 339.
 Arsaces dicuntur omnes Parthorum reges 324.
 Artaxerxes rex Persarum 45.
 Artaxerxis filij 104.
 Artaxerxis mors 105.
 Artemisia muliebris fortitudinis exemplum 38.

Artobar-

I N D E X.

Artobazanes 32.
 Artamenes rex Cappadociæ 246.
 Artobanes rex Parthorum VII.
 Ascanius 328.
 Asdrubal 336.
 Asdrubal moritur 193.
 Asia communis regum præda 245.
 Asia Scythæ vectigalem fecerunt 21.
 Assyriorum regnum transfertur ad Medos 5.
 Astyages Harpago filium commedendum proponit 7.
 Astyages ex rege fit præfectus Hyrcanorum 9.
 Astyages rex 5.
 Astyages capitur 9.
 Asia cum opibus vicia quoque Romam transmisit 293.
 Asybi in deditionem accipiuntur 135.
 Astriopæus 80.
 Attalus Pergami rex 292.
 Attali mors 293.
 Atilij Romani consulis filij gentia 267.
 Atheniensium origo 26.
 Athenienses duobus bellis inuenta dem. 42.

Atheniensium reges 27.
 Atis 37.
 Athenæ incensæ 37.
 Athenæ reficiuntur 40.
 Athenicæsum cædes 64.
 Athenæ obsidentur 65.
 Athenienses se dedunt Lacedæmonijs 66.
 Atheniæ triginta tyranni res conflituuntur 21.
 Athenæ tyrannorum seclia præmuntur 5.
 Atheniensium virtus more Epaminondæ enervata 79.
 Athenienses Thermopylas occupant 89.
 Athenienses impietatis arguntur 161.
 Augurium 199.
 Aurum Tolosanum 274.
 B. 293.

Babyloniæ proditio 16.
 & 17.
 Balsamum 291.
 Barce conditur 137.
 Battus 133.
 Bellum Lacedæmoniorum aduersus Persas 42.
 Bellum intestinum Græcorum 44.
 Bellum Peloponnesiacum 42.

Belli-



I N D E X

Bellus in Persas adparatus 900.
 Bellum Siciliense 55.
 Bellum Cyri & Artaxerxis fractum 69.
 Bellum Philippi cum Atheniensibus 86.
 Bellum Philippi cum Scythis 96.
 Bellum Atheniensibus à Philippo inlatum 98.
 Bellum Atheniensium cum Antipatro 250.
 Bellum aduersus Antigonum 152.
 Bellum Antigonij aduersus Eumenem 155.
 Bellum inter Antipatrum & Alexandrum 170.
 Bellum aduersus Demetrium 168.
 Bellum Siciliense 193.
 Bellum Lysimachi & Pyrrhi 173.
 Bella Carthagenensium & Italorum inter se 198.
 Bellum Crotoniensium cum Locrensisibus Ibid.
 Bellum Agathoclis cum Carthagenensibus 211.
 Bellum in Italia ab Agathocle gestum 219.
 Bellum inter filium ac nepotem Agathoclis 220.

Bellum Græcorum aduersus Aetalos 22.
 Belli causa inter Antiochum & Demetrium 24.
 Bellum Antigonij cum logracis 24.
 Belli inter Romanos & Antiochum causa 24.
 Bellum Mithridaticum in Romanos 232.
 Bellum Romanum cum Brundisium 47. & 126.
 Bellum Antiochi magni Ptolemæi 20.
 Bellum Romanum cum lippo 25.
 Bellum Macedonicum & 259.
 Belli Achaici origo 28.
 Bellum ciuile in quo Pompeium sunt secuti 31.
 Bellum Aeneæ cum Turris 35.
 Bellum Romanum cum Philippo Macedonum rege 277.
 Bellus Gallorum dux 28.
 Beronice trucidatur 28.
 Bessus victus datur Oxartæ 28.
 Bizantiū oppugnatur à Philippo 28.

I N D E X.

Bizantium à quo conditum rem ducit Ibid.
 Ibid. Carthagenensium auxilia 183.
 Byrsa 183. Romanis missa 184.
 Bomilchar cruci adfigitur Carthagenensium imperator 194.
 Brennus 230. res 194.
 Brenus Deum contemptor Carthagenensium exercitus peste perijt 194. & 195.
 Breni & Delphorum copia Carthago conditur 189.
 Brenni mors 233. Carthago quando ante Romanam condita 190.
 Brundisium 47. & 126. Carthagenenses à suis oppugnantur militibus 191.
 Brutij vnde dicti Carthagenensium edictum, ne quis Græcis studeret 83.
 Brutiorum virtus 220. literis 202.
 Bubares 28.
 Bucephale condita 134. Carthagenenses homines immolarunt 190.
 C. Carthagenensium noua castra 210.
 Aedes ab Agathocle paratræ 11. des 216.
 Candaulus 11. Carthagenensium res 205.
 Cambyses Perfarum rex secundus 13. Cartalo 191.
 Cambyses Deorum Aegyptiorum aedes diruit ibi. Caput equi & bouis auspicium Carthaginis 180.
 Calamitas in exercitu Xerxis 39. Capitoliū 335.
 Caramandus 294. Castor 198.
 Caranus 80. Cecrops 27.
 Caranus necatur 107. Ceraunos 176.
 Catanenses 55. Charybdis 53.
 Calisthenes 132. Chalybes 345.
 Cappadocum calamitas 151. Chariades 44.
 Cassander 163. Chionis in tyrannū conspici ratio 176. & 177.
 Cassander Thesalonicus ratio Cimon

Biz



INDEX.

Cimon	42.	ab Alexandro obtinuit
Cydnus	114.	133.
Cynigeri præclarū facinus	31.	Cleomæes imperatoris eg- gij exemplum 29
Cyncas Romam cum donis	184.	Cleopatra 29
missus	7.	Cleopatræ impietas in lib- ros
Cyrus	7.	ros
Cyri callidum consilium	8.	Cleopatræ ambitio Ibid.
Cyri bellum aduersus Me-	9.	Cleopatra Cyricæno nub- dos 314.
Cyrus Persarum rex primus	7.	Cleopatræ crudelitas in fi- os 314
Cyri interitus	12.	Cleopatre dignus pro scel- ribus exitus. Ibid.
Cyrus occiditur	70.	Clytus ab Alexandro occi- sus 13
Cyrene à quo condita	153.	Codrus 21
Cyrenes fabula	154.	Codomannus rex eligitur 106.
Cyprus	188.	Colchi 27
Cyprorum mos virgines an- te nuptias prostituere	106.	Cometes ingens 29
Ibidem.		Comanus 339
Cyricænus	314.	Comani in Massilienses in- vincitur Ibid.
Cyricænus à fratre Grypho		Conon 68
vincitur		Conon contra Lacedæmo- nios 64
Clearchus	174.	Cononis laus 72
Clearchi sauitia & crudeli- tas	175.	Constantiæ exemplum 146 & 174. & 182.
Clearchi cades	177.	Consultatio principum de eligendo rege 146
Clearchi tyrannidem adfe- stantis oratio	175.	Continetiæ exemplum 184
Clemetiæ exemplum in bar- baro homine	192.	Cōtinetiæ Aegyptiorū Ibi- Corin
Clemetiæ exemplum in Cy- ro	10.	
Cleophis concubitu regnū		

INDEX.

Corinthus diruitur	281.	thas 17
Cranus	27.	Darij mors 69.
Craflus à Parthis trucidatur		Darij fuga ex Scythia 82.
331.		Darij aduentus 114.
Critias cadit	68.	Darij copiae ad Iffum 115.
Cræsus fert opem Babylo-		Darij mater, vxor, & filia ca- nijs contra Cyrum 10. pta 116.
Cræsus capitur	Ibid.	Darij adparatus, & militum numerus 119.
Cræso in auxilium venit o- mnis Græcia	Ibid.	Darius capitur 122.
Crotonienses	197.	Darij mandata iam morien- tis 125.
Crotoniensium vota	199.	Darij mors 124.
Crudelitatis exemplum	13.	Darij edictū quo prohiben- tur Pœni humanas hosti- 224. 306.
Crudelitatis pœna	44.	as immolare 194.
&	192.	Delphici templi descriptio 230.
Crudelitatis paternæ exem- plum	397.	Delphicum antrum 231.
Crudelitas Ptolemæi in li- beros	307.	Demaratus 33.
Curetes	343.	Demetrius propter adulte- rium necatur 242.
		Demetrii Illyriorū regis ad Philippum oratio 253.
		Demetrius obses e Roma fu- git 283.
D		Dacorum militum igno- minia Ibid. 283.
Daci à Getis	275.	Demetrius Soter vincitur & occiditur 285.
Dacorum militum igno- minia	Ibid.	Demetrius Demetrii filius 152
Damascus	289.	Darij rex, Parthis bellum electus 15.
Dardani Macedoniæ fines vastant	152.	infert 186.
Darij ex equi hinnitu rex electus	15.	Demetrius vincitur 164.
Darij bellum aduersus Scy-		Demet

I N D E X.

Demetrii victoria	165.	Didonis mors	190.
Demetrius Macedoniæ rex	171. & 241.	Diocles interficitur	30.
Demetrius turpiter se Seleu	196.	Dion	226.
co dedit	172.	Dionysij senioris gesta	196.
Demetrius rursus Syriæ rex	311.	Dionysius à Crotoniensib ⁹	201.
		victus	201.
Demetrii pudor	273.	Dionysius interficitur	203.
Demetrii varia fortuna	307.	Dionysius minor	205.
Demetrius bis ex fuga retra	Ibid.	Dionysij popularis largitio	205.
hitur	308.	Dionysij fuga ex Syracusa	204.
Demetrii mors	273.	nis	204.
Demetrius vincitur & capi	286.	Dionysij scelera	Ibid.
tur	286.	Dionysius Syracusis potit	205.
Demetrius interficitur	312.		
Demophoon	27.	Dionysius in exiliũ abijt	207.
Demosthenes	56.	Dionysius ludimagister	Ibid.
Demosthæes victus sibimor	57.	Dionysij crudelitas	205.
tem conscivit	57.	Doriensium cum Athenien	27.
Demosthenes defectiõis au	108.	sibus simultas	27.
tor	108.	Dromiches	171.
Demosthenes patria pulsus	150.		
Demosthenes reuocatus ab		E	
exilio	151.	Edissa vrbs	81.
Dercyllides	71.	Eleade ad Alexandrum	109.
Deucalion	27.	oratio	109.
Didonis historia	186.	Elephantus sponte se Sãdro	169.
Didonis astus	167.	cotto offert	169.
Didonis fuga	188.	Elisa	186.
Didonis in Africam aduen	188.	Epaminondas	74. 174.
tus	Ibid.	Epaminondæ mors	78.
Dido locũ, qui bouis corio	Ibid.	Epaminondas egregius im	Ibid.
regi posset, emit	Ibid.	perator	Ibid.
		Epistolæ Darij ad Alexan	118.
		drum	118.
		Ephe	

I N D E X.

Ephestionis mors	139.	tis animi	160.
Epitrotici regni origo	180.	Exemplũ versipellis & frau	175.
Epeijs Troiani equi faber	197. &	dulenti animi	175.
Erichtheus	27.	198. Exercitus lustratio	143.
Eumenes capitur	159.		
Eumenis capti ad milites o	Ibi.	F	
ratio	Ibi.	FAVNVS rex Italiæ	335.
Eumenis in suos milites im	160.	Fatua Fauni vxor	Ibid.
precatio	160.	Fatuari	Ibid.
Eumenis ad Argyraspidas o	157.	Faustulus pastor	336.
ratio	157.	Ferocis animi exemplum	228.
Eumenes vincitur	158.	Flaminij ad milites exhorta	260.
Eumenes Asiam inuadit	245.	tio	260.
Eurymedon	57.	Fœminarum facinus in Per	9.
Europus	80. & 81.	fas fugientes	9.
Eurydices scelus	84.	Fortitudo muliebris	163.
Eurydice Aridæi vxor	161.	&	238.
Euridanus	231.	Fortitudinis exemplum	167.
Euanthe	257.	Fortunæ variantis exemplũ	27.
Eucratides Bactrianorũ rex	325.	Fortitudo militaris	Ibid.
		Fortunæ volubilitas	241.
Euander	335.	Frugalitas	200.
Exautoratio militum	139.	Furius	338.
Exemplum muliebris forti	4.		
tudinis Semiramidis	4.	G.	
Exemplum pietatis erga pa	28. & 47.	GALLECI	344.
triam	28. & 47.	Galleciæ fertilitas	345.
Exemplum crudelitatis erga	85.	Galli	274.
liberos	85.	Gallorum legati ad Diony	201.
Exemplum paternæ indul	104.	sum	201.
gentiæ	104.	Galli cur in Italiã venerint	202.
Exemplum perfidiæ	159.		
Exemplum fortis & constan	202.		

b

Galli





I N D E X.

Galli inuadunt Italiam	227.	Gigantes	345.
Galli Romam incendunt		Gyges	11.
Ibid.		Gylippus	56
Gallorum descriptio	225.	Glaucias	181
&	228	Gnidius	285.
Gallici nominis terror	Ibi.	Gordium	113.
Galli vincunt Macedones	230.	Gordij plaustrum	Ibid.
Galli à Delphis vincuntur	233.	Græcorum odium in Athenienses	59.
Gallorum clades in Græcia		Græcorum virtus	79.
Ibidem.		Græcorum aduersus Lacedæmonios conspiratio	
Gallorum tertia in Macedonia eruptio	234.	Græcorum cōuentus in Corintho	99.
Galli auri audissimi	Ibid.	Græcorum odium in Thebagoni	235. nos 109.
Galli inuadunt castra Antigoni	235. 236.	Græcorum varij motus	239.
Galli cæduntur	235. 236.	Græcorum exercitus deficit	
Gallogracia	236.	à Phraharte	328
Gallorum perfidia	245.	Gryphus	313.
Gallorum crudelitas in coniuges & liberos	240.	Gryphiinæ crudelitas	315.
Gallogræcorum cædes	247.	H	
Galli mansuetiorem viuendi rationem à Græcis edocti	339.	Habis rex	346.
Gargoris	345.	Hanno	202.
Genus maternum Alexandri	108.	Hannonis impij scelus	205.
Gestonæ in deditonem accipiuntur	135.	Hanno cruci affigitur	206
Geryon	347.	Hastæ regum pro diademate insignia	337.
Geryonis & Herculis historia	Ibid.	Harpagus	6.
		Harpagi consilium in occultandis literis	8.
		Helemati amor erga patriam	240.
		Herculis	

I N D E X.

Herculis cum Amazonibus Holofernis ingrati tudinis pugna	23.	exemplum	284.
Herculis Alexander filius	Horodes		330
142.	Horodis furor		332.
Heracliësum matronarum clades	176.	Humanitatis in hostes exemplum	174
Heraclæ vrbis origo	173.		
Heracliensium gesta	Ibi.	I	
Herotimus sexcentos filios habuit	317.	Iasonis historia	329.
Iarbas Elyfæ nuptias petit Iasonis honores	189.	Iasonis gesta	Ibi.
		Iericho	291.
Hiero rex	223.	Impietatis exemplum	122.
Hieronis natales	Ibi.	& 165. 198. 203. 230.	
Hiero ab apibus educatus		& 273. 330. 346. 13.	
Ibidem.		Impietas punita	313. 314.
Hieronius lupus tabulam eripuit	Ibi.	Impietatis erga deos exemplum	36.
Hippias	303.	Impietatis pœna	89.
Historiæ fructus		i. Impietas erga cognatos	
Hifmenias	67.	94.	
Hispania vnde dicta & eius situs.	342.	Impietatis in parentem exemplum	105.
Hispaniæ laus & fertilitas		Impietatis maternæ exemplum erga filios	313
Ibidem.		Impietatis in liberos exemplum	307
Hispaniæ flumina	343.	Indulgentia liberos corrumpit	105.
Hispaniæ saluberrimus aer			
Ibidem.		Ingenium Punicum	189.
Hispanorum mores	Ibi.	Ingratitudinis exemplum	
Hispani militaris rei scientia clari	344.	Insidia in autoris caput veritatis	24. 208. 284.
Hippolyte capitur	24.		
Hippolytus	Ibid.	Insidia in autoris caput veritatis	240.
Hippomachus cadit	68.		

b a Ioseph



I N D E X.

Iosephus	290.	Legati Atheniensium ad Ph	Ippum	91.
Iosephi laus	Ibid.	72.	Legati Phocensium	92.
Iphicrates	289.	289.	Legati Atheniensium ad A-	
Israel	275.	alexandrum	108.	
Ittriorum origo	334.	Legati Romanorum ad Ae-		
Iudae antiquus status	335.	tolos	247	
Italia Saturnia dicta	54.	Legati Alexandrinorum	258	
Iusticiae exemplum	289.	Legati Romanorum ad A-		
Iudaeorum virtus	Ibi.	chaos	280.	
Iudaeorum origo	290.	Leonida in tyrannum con-		
Iudaei à Iuda dicti	290.	spiratio	177.	
Iudaeorum successus & opes	291.	Leonydae virtus	35.	
	L.	Leonatus occiditur	151.	
Lacedaemoniorum contra		Leo Sandrocotto sudorem		
Antipatrum bellum	125.	deterfit	169.	
		Liberi dicti exemplum	36.	
Lacedaemonij vincuntur	74.	&	99.	
Lachetes dux	55.	Libido	101.	
Lamachus	56.	Liberalitatis exemplum	137.	
Lampedo Amazonum regi-	23.	Liberorum educandorum		
na	23.	mos apud Spartanos &		
Lamponius in Siciliam mit-		Lucanos	219.	
titur	55.	Lycurgus	44.	
Lanthinus	26.	Lycurgi praecleara instituta		
Laodice	167.	45.		
Laodicis impietas	294.	Lydij iussi Cauponias exer-		
Laodicis scelus	296.	cere	11	
Laodomia Pyrrhi filia	249.	Lydij molles	Ibid.	
Latinus ex Fauni filia & Her		Lyfander	63.	
cule	335.	Lyfander callidus impera-		
Launium	336.	tor	Ibid.	
Legati Philippi in Asiam		Lyfias	67.	
100.		Lyfandri interitus	78.	
		Lyfima-		

I N D E X.

Lyfimachilaus	166.	Macedonũ reges quot fue-		
Lyfimachus leoni obiectus		runt	279.	
Ibid.		Mago dux Carthaginensi-		
Lyfimachus ab Alexandro		um	183,193.	
vulneratus	167.	Magna Gracia	198.	
Lyfimachia terremotu euer		Malachus	173.	
sa	177.	Marthesia	23	
Lyfimachus victus à Seleu-		Marthesia occiditur	Ibi.	
co moritur	178.	Mardonius	38.	
Locri ad Pyrrhum deficiũt		M. Lepidus in Aegyptũ mit-		
184.		titur	258.	
Locrensium vota	199.	M. Cato Catonis oratoris fi-		
Ludi Athenis instituti	79.	lius exemplum militaris		
Luctus propter Alexandrum		fortitudinis & audaciae		
144.		278.		
Luctus populi descriptio		Mare mortuum	292.	
196.		Mafsiliensium origo	338.	
Lucanorum virtus	220.	Mafsilia vbi condita	Ibi.	
Lucus Martis	336.	Mafsiliensium bella & for-		
Lupercalia	335.	tia facta	340.	
Lupa	336.	Mafsiliensium cum Roma-		
Lunae defectio	278.	nis amicitia	Ibid.	
Luxus in Antiochi exercitu		Mafsiliensium erga Roma-		
309.		nos studium	341.	
M.		Mafsiliensium apud Roma-		
Macedonia antè Emathia		nos gratia	294.	
80.		Matthaeas rex Scytharum		
Macedones Regem infantè		96.		
in cunis antè aciem po-		Medae Iafonis vxor	329.	
nunt	82.	Medus, regnum Medorum		
Machæus Carthaginensium		constituit	330.	
imperator exulatur	191.	Medicum bellum	30.	
Macedones vincuntur à Gal-		Medius	140.	
lis		23. Megarensium cum Atheni-		
		sis		
		b 3		

I N D E X

abus contentio 28. Mithridatis solertia Ibid.
 Menalippe capitur 24 Mithridatici belli causa 295.
 Messenij expugnantur 48. Mithridatis scelera 296.
 Methona à Philippo expug- Mithridatis fraus Ibidem.
 nata 86. Moderationis exemplum 54
 Metapontini 198. & 87.
 Mezentius 336. Monarchia Assyriorum I. 3.
 Mida 114. Monarchia Medorum II. 5.
 Milciades 30 Monarchia Persarum III.
 Militaris fortitudinis exem- 9.
 pla 31. 35. 238. Monarchia Macedonũ IIII.
 Milonis furor 249. 124.
 Mindarus 61 Mors trium insignium im-
 Miserabile spectaculum 122. peratorum eodem anno
 Mithridates Arsaces V. 325. 276.
 Mithridatis felicia bella 325. Moses 289. 290.
 Mithridates Parthorum rex Muliebris ambitionis exem- 31.
 VIII. 328. plum
 Mithridates per dolum Asia Muliebris crudelitatis exem-
 rathen obruncat 297 plum Gryphina 315
 Mithridatis adparatus in
 Romanorum bellum N
 299. Nabis duobus praelijs à
 Mithridatis prima victoria Flaminio subigit 363.
 de Romanis Ibid. Neoptolemus 181.
 Mithridates Ponti' rex cum Neoptolemi perfidia 154
 Romanis gessit bellum Neoptolemus victus occu-
 annis quadraginta sex bit 155
 292. 293. Nereis Pyrrhi filia 249.
 Mithridatis in pueritia stu- Nicea condita 134.
 dia 293. Nicias 66.
 Mithridatis venationes Ibi- Nicomedis fraus 295.
 dem. Nicomedes Cappadociam
 Mithridatis bella 294. inuadit 296.
 Ninus

I N D E X.

Ninus 2. Oraculum Perdicæ 87
 Nini gesta 3. Oraculum de Alexandro E-
 Ninus filius Ibi. pirota 125.
 Nyfa à Libero patre condi- Orythia 25.
 ta 132. P
 Numitor 337. PAcorus Parthorũ rex vin-
 Nuptiæ Alexandri regis E- citur & interficit 331.
 piri & Cleopatæ filie Phi Palatinus mons 335.
 lippi 100. Pampatius Arsaces tertus
 O 325.
 Ochi crudelitas 105. Pan Lycæus 335.
 Ochus Armenijs bellum Pannonia 228.
 infert 106. Parmenio 124.
 Offellam occidit Agatho- Parricidij crudelis exemplũ
 eles 216. 170. 328.
 Officia boni principis 224. Parricidia fororum inter se
 Olympias 86. 181. 247. mutua 315.
 Olympias ob stupri suspitio Parthorum origo 320.
 nem pulsa 100. Parthi Schythico sermone
 Olympiadis crudelitas 102. exules dicti Ibid.
 & 161. Parthorum obscura & serui
 Olympiadis fuga 162. lis conditio Ibid.
 Olympiadis mors 163. Parthorum successus Ibid.
 Olynthus expugnatur 40. Parthiæ situs 121.
 & 91. Parthorum sermo, vestitus
 Opobalsami descriptio 289 & mores Ibid.
 Oratio Alexandri ad mili- Parthorum exercitus ex fer-
 tes 115. 127. uis constat Ibid.
 Oratio Demetrii ad Mace- Parthorum pugnandi ratio
 dones 171. Ibidem.
 Oratio Mithridatis ad mili- Parthorum mores 322
 tes 300. Parthorum sepultura Ibid.
 Oraculum 126. 173. 199. Parthorum reges 323.
 Oraculum de Agefilao 49. Parthorum à regibus Mace-
 doni-

I N D E X.

Donicis defectio	Ibid.	Perfarum copiaz	112.
Parthi reges suos omnes Ar-	Ar-	Perfarum cedēs	112. 116.
faces vocant	324.	Perfarum imperium finitur	
Parthorum cum Romanis	124.		
bella	334.	Perseus impietatis erga fra-	
Parthorū cum Ventidio pu-		trem & patrem exemplū	
gna	Ibid.	273.	
Parthi signa & captiuos Ro-		Persei fuga	278.
manos Augusto miserūt		Perseus Macedonum rex	
Ibid.	277.		
Partheniorum origo	47.	Perseus capitur	278.
Patientiæ exemplum rarum	&		279.
343.		Persepolis capitur	122.
Pausanias perfidi ciuis exem-		Phalanti pietas	48.
plum	42.	Pharnaces Arsaces quartus	
Pausanias restituit urbē A-	325.		
theniensibus	69.	Pharnabafus	61.
Paulus Aemilius consul bel-		Philippus obsēs Thebis	80.
li Macedonici imperator		Philippus	81.
278.		Philippi Alexātri Magni pa-	
Penaxagoras	24.	trigenus	84.
Penthesilea	Ibid.	Philippo defert imperiū	85.
Peranus	338.	Philippi laus	89.
Perdicās	81.	Philippi fauicia in Theba-	
Perdica	142.	nos	99.
Perdicæ simulatio	152.	Philippus trucidatur à Pau-	
Perdicæ constantia	147.	fanias fatellite	100.
Perfidia exemplum	42.	Philippi scelera	90. 94.
&	50. 54. 90.	Philippi iniustitia	91.
Perfidia poena	44.	Philippus vulneratur	97.
Pericles dux eligitur	50.	&	100.
Perfa victi	31	Philippi eloquentia	103.
Perfarum mos adorandi re-		Philippi & Alexandri com-	
ges	73.	paratio	Ibid.
			Philip-

I N D E X

Philippus rex Macedoniae	tutur	Ibid.
252.	Phrahartis ad Casarem lega-	
Philippus rex Macedoniae	tio	Ibid.
Romanis bellum infert	Pietatis exemplum	42.
253.	&	238. 325.
Philippi pax cum Romanis	Pygmalion	186.
259.	Pyrrhi aduersus Romanos	
Philippus moritur postquā	expeditio	179.
regnasset annis XLII.	Pyrrhus ACHILLIS fi-	
274.	lius	180.
Philippus vincitur à Roma-	Pyrrhi successores	Ibid.
nis	261.	Pyrrhus paruulus in Illyriis
Philopœmenes dux Achæo-	defertur	181.
rum constituitur	271.	Pyrrhi in Italiam aduentus
Philopœmenes capitur	Ibi.	182.
Philopœmeni venenum da-	Pyrrhi victoria	183.
tum	272.	Pyrrhus Epiri rex
Phocenses templū Delphis	Pyrrhi ex Italia excessus	236.
ocupant	88	Pyrrho traditur Sicilia
Phocensium calamitas	93	Pyrrhi varius successus
Phocenses Tarquinij tem-	Pyrrhus Sicilia rex vocatur	
poribus in Italiam traie-	222.	
cerunt	337.	Pyrrhi bellica virtus
Phrahartes Parthorum rex	Pyrrhi bellum aduersus La-	237.
VI.	398. 327.	cedamonios
Phrahartis consilium	308.	Pyrrhi & Lyfimachi bellum
Phrahartis cum Scythis bel-	137.	
lum	327.	Pyrrhi mors in Argis
Phrahartis immania parrici-	Pyrrhus à Pœnis nauali pre-	238.
dia	332.	lio victus
Phrahartes propter crudeli-	Pyrrhi vxor cum duobus fi-	
tatem e regno pellitur	lijs moritur	249.
333.	Pyrrhi laus	238.
Phrahartes in regnum resti-	Pyrenæi mont. sspacium	343.
	b. 5	Pirau-

I N D E X.

Piraticum bellum	317.	&	283.
Pisistratus	29.	Prusias à filio necatus	283
Pythagoras deque eius peregrinatione	200.	Ptolemæus vulneratus	336.
Pythagoræ doctrina apud Crotonienses	Ibi.	Ptolemæi folertia	Ibi.
Pythagoræ mors	201.	Ptolemæus Lagus moritur	
Plinos	22.	172.	
Pœni in Sicilia uincuntur	215.	Ptolemæus Ceraunus rex Macedoniae	225
Polystratus Darium telis cõfossium reperit	123.	re	226.
Polypercon occiditur	155.	Ptolemæus Philopater	252.
Pollux	198.	Ptolemæus Evergetes	241.
Pompei Trogi genus & maiores	342.	Ptolemæi scelera	256.
Popilius exemplum prudentis & constantis viri	282.	Ptolemæus exemplum corrupti & intemperantis principis	257.
Porus capitur	134.	Ptolemæi mors	258
Praxaspes	13.	Ptolemæus Phisico Cyrenarum rex	308.
Prœlium cum Tribalis	97.		
Prœlium Alexandri & Darij in Arbelis	221.	Ptolemæi Phisconis mors	314.
Præda ex Persis	122.	Ptolemæus Lathyrus in regnum Syriæ restituit	317.
Prodigij interpretatio	214.	Ptolemæus Appio Populum tu Romanum hæredem scripsit	Ibid.
Prodigia in Mithridatis oratione	293.		
Proditionis exemplum	217.		
Prompalis infimæ sortis homo Syriae regnum occupat	284.		
Prudentiæ exemplum in Emene	156.		
Prusias rex Bythinæ	375.		

Ratio gerendi belli cum Romanis
Reges quales olim Regum arbitria pro legibus erant
Regum

I N D E X.

Regum contentio de Cappadocia regno	297.	Salamina	344.
Rhea virgo Vestalis	336.	Sandrocottus	169.
Regium unde appellatû	52.	Sardanapalus rex Assyriorum	
Rhetia à Rhetor duce Thuseorum	202.	Sardanapalus vir mulieris corruptior	Ibid.
Remus capitur	337.	Satyrus	177.
Roman Gallii incendunt	227.	Saturni regna Saturnalia	334. Ibid.
Romani per Seruilium insidias Annibali parant	262.	Saus	275.
Romanorum Scyllienfium con- gratulatio	169.	Scipio exemplum fortitudinis	296.
Roma à Gallis capta	77.	Scytharum origo	17.
Roma condita à Romulo	337.	Scytharum cum Aegyptijs de veritate generis contentio	18.
Romanorum Senatus	184.	Scythiæ descriptio	19.
Romani respuerunt munitia Pyrrhi	269.	Scytharum mores	Ibi.
Romani orti ab Iliensibus	269.	Scytharum fortia facta	21.
Romulus & Remus aliti à lupis reuocati	336.	Scytharum ex Asia ab vxoribus Scythici belli origo	22. 274.
Romulus & Remus geniti à Marte	336.	Scordisci	22.
Roxane à Cassandro interfecta cum filio	165.	Seditio militum	137
Roxane vxor Alexandri Magni	142.	Seleuci origo	167.
Sabbati institutio	289.	Seleuci gesta	167.
Sacer mons	133.	Seleuci Gallinici naufragium	168.
Sacrilegij vitio	274.		244.

I N D E X.

Seleucus Gallinicus Syriae Spartianorum desperatio		
rex	243.	161.
Seleuci parricidium	Ibid.	Spartianorum constantia in
Semiramidis astus & gesta	3.	aduersa fortuna
&	4.	Strategema Astyagis
Seruorum in Tyro in Domi		Strategema Cyri
nos conspiratio	185.	Strategema Scytharum ad-
Seruorum in dominos eru-		uersus seruas
delitas	Ibidem.	Strategema Cranai ridicu-
Sybaris	8.	lum
Siciliae descriptio	52.	Strato rex creatur
Sichæus occiditur	187.	Stratonis solertia
Siculi freti angustiae	14.	Sulpitius consul
Sinai mons	288.	Suniator
Syracusanorum cum Dio-		T.
nyso bellum	204.	TAnais
Syrii olim Allyrii dicti	4.	Tarentum
Syria à Demetrio defectio		Tarsus
311.		Tartessorum saltus
Syria in Romanam provin-		Tectofagi
ciam redacta	319.	Telegonus
Syfigambis mater Darii	144.	Terramotus
Smerdis Cambysis frater à		&
Mago occiditur	14.	Tessalonus
Solis defectus	214.	Tencer
Solon	28.	Thalestris Alexandrum fu-
Solonis astus	Ibid.	sciendi sobolis causâ
Somnium Astyagis	5.	adijt
Sophocles dux eligitur	50.	Thebanorum stultum con-
Sosthenis virtus	229.	filium in eligendo exter-
Spacum	7.	no duce
Spartanorum virtus	35.	Thebani vincuntur ab Ale-
Spartanorum senum virtus		xandro
77.		Thebanum excidium
		Themio-

I N D E X.

Themistoclis laus	36.	dit	287.
Themistoclis gloria	31.	Trinacria	54.
Theodotus mille urbium		Triptolemi inuentum	27.
Bactrianorum praefectus		V.	
323.			
Theogena Agathoclis vxor		Vellus aureum	428.
220.		Veneni vis	141.
Theramenes exemplum iu-		Vexores primum Schythis	
stiviri	67.	bellum intulit	27.
Theseus	24.27.	Vexores	3.
Thraiybulus exemplum pie		Victoriae moderatae exem-	
tatis erga patriam	67.	plum	164.
Thutici a Gallis sedibus pul-		&	308.
si	202.	Victoriae Cyri de Massage-	
Tigranes rex Armeniae & Sy-		tis	12.
riae	298.318.	Victoria Graecorum ad Sala-	
Tigridis fluij descriptio		minem	38.
330.		Victoria Graecorum ad Pla-	
Tyranni ex vrbe pulsi	68.	teas	49.
Tyranni trucidantur	69.	Victoria Lyfandri	65.
Tyranni inuasi	204.	Victoria ad Chyronaeâ Phi-	
Tyrannis nulla perpetua		lippi	98.
207.		Victoria Locresium de Cro-	
Tyrannice crudelitatis ex-		toniatis	199.
emplum	240.	Victoria Luculli clarissima	
Tyridates ad Caesarem pro-		318.	
fugit	333.	Virtutis reuerentia	272.
Tyrii Alexandro coronam		Viriatus Hispanorum dux	
auream mittunt	117.	344.	
Tyrtæus poeta	48.	Vinatimoderatio Ibidem.	
Tyrus obsidetur	117.	Vrbes à Gallis conditæ	222.
Tyrus quando condita	185.	Votum Locrenfium de pro-	
Tomyris	12.	stituendis virginibus	265.
Trifo regnum Syriae inua-		Vitæ conditio	286.
		X.	



INDEX

X	Xerxis fuga	39
X	Xerxes trucidatus	43
&	Z	
Xerxes exercitus imbre &	Zebenna Protrarchi filius	
fulminibus deletus	Alexander appellatus,	
Xerxes fustulie templa Asiae	rex Syriae constituitur	
Ibidem.	311.	
Xerxes Athenas incendit	Zopyri dolus	16.
Xerxes cum dijs bellum ge-	Zopyron a Scythis cum om-	
rit	ni exercitu deletus	21.
Xerxes primus Iudæos do-	Zopyrus cæsus cum omnib-	
muitt	290 copijs	127
Xerxes effœminati ducis ex-	Zoroastes magicæ artis in-	
emplum	uentor	74

*Will Wills
his book*

DE LAVDIBVS HISTORIAE.



I quam certa habet ad uitã documenta historia, tam ea sit excerpere & usurpare cuius expeditum, mortali- bus omnibus rectã proximã que in uberrimos & fructuo- sissimos historiae cãpos sine mora irrumpendum iudicaremus. Quandoquidem uix detur alia literarum pars, quã plus aut uolè- pratis, aut utilitatis studiosis adferat, quam dili- gens sedulaq; historiãrum lectio. Sunt enim histo- riã, nihil aliud, quã sapientiã diuinã, seu legis Dei, gubernatricis imperiorum, & uitã priuatã, exempla illustria, in summorum regum & ciuita- tum & magnorum uirorum rebus gestis expressa, Sicut Thucidides testatur, Historia est perpetuus exemplorum thesaurus, & expressa totius uitã humane imago, ad omnia mundi tempora congru- ens atq; conueniens. Nam quemadmodũ in omnibus artibus Paradigmata proponuntur, ita etiã in Hi- storijis exẽpla ob oculos depicta, quã singulis pri- uatim in suo genere conueniunt, extant. Quin cum & in exemplis & factis logẽ clarius cernitur quã sit dignitas uirtutum, & rursus quã turpitudine sit inhonestatis & uitiorũ, quã in præceptis. Rectẽ itaq; dictũ est, historiã esse thesaurũ omnibus uti- lissimũ. Quippè q̃ testem temporũ, lucẽ ueritatis,

*Historia est
perpetuus
thesaurus &
emplum*

memo.

Universidad de
 Et delectat
 historia, &
 conducit ad
 mores.
 Bibliotheca

IUSTINI

Et serie rerum congesta composuit. Horum igitur qua-
 tuor & quadraginta uoluminum (nam totidem edidit)
 per ocium, quo in urbe uersabamur, cognitione quaeq;
 digna excerpsti. Sed omisis his, quae nec cognoscendi
 voluptate incunda, nec exemplo erant necessaria, bre-
 ue ueluti corpusculum florum feci, ut haberent, & qui
 Graeca didicissent, quo admonerentur: & qui non di-
 didicissent, quo instruerentur. Quod ad te imperator An-
 tonine, non tam cognoscendi, quam emendandi causa
 transmissi, simul ut ocij mei, cuius & Cato reddendam
 rationem putat, apud te ratio constaret. Sufficit enim
 mihi in hoc tempore iudicium tuum, apud posteros,
 cum obtrectationis inuidia decesserit, industrie testi-
 monium habituro.

Dedicatio.

Virtus odi-
 mus, sublata
 ex oculis
 quarimus
 inuidi.

Exordium.

Regum pri-
 ma imperia.



in uinculo

LIBER I.

INCIPIO rerum, gentium,
 nationumq; imperium pe-
 nes reges erat, quos ad fastigiū
 huius maiestatis nō ambitio po-
 pularis, sed spectata inter bo-
 nos moderatio prouehabat. Po-
 pulus nullis legibus tenebatur.
 Arbitria Principū pro legibus erant. Fines imperij tue-
 ri magis quam proferre mos erat. Intra suam cuiq; pa-
 triam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex
 Assyriorum, ueterem & quasi autum gentium morem

NOUA

I.
 NINVS.

LIBER I.

nona imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit
 bella finitimis: et rudes adhuc ad reserendum populos,
 ad Libiae terminos usq; perdomuit. Fuere quidem tem-
 poribus antiquiores, Vexores rex Aegypti, et Scythiae
 rex Tanais, quorum alter in Pontum, alter usq; Aegy-
 ptum excessit. Sed longinqua, non finitima bella gere-
 bant, nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quaere-
 bant: contentiq; uictoria, imperio abstinebat. Ninus
 magnitudinem quae sitae dominationis continua posses-
 sione firmavit. Domitis igitur proximis, cum accessio-
 ne uirium fortior ad alios transiret, & proxima quaeq;
 uictoria instrumentum sequentis esset, totius orientis
 populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroastre
 rege Bactrianorum fuit: qui primus dicitur artes ma-
 gicas inuenisse, & mundi principia, syderumq; motus
 diligentissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit, re-
 licto impubere adhuc filio Nino, ex uxore Semirami-
 de. Haec nec immaturo puero ausa tradere imperium,
 nec ipsa imperium palam tractare, tot ac tantis gen-
 tibus uix patienter uni uiro, nedum foeminae paritu-
 ris, simulat se pro uxore Nini filium, pro foemina pue-
 rum. Nam & statura utriq; medioeris, & uox pariter
 gracilis: & lineamentorum qualitas matri ac filio simi-
 lis. Igitur brachia & crura uelamentis, tiara caput te-
 git: & ne nouo habitu aliquid occultare uideretur, eor-
 dem ornatu & populū uestiri iubet: quem morē uestis

Prima mo-
 narchia seu
 imperiū As-
 syriorum, &
 durauit an-
 nis MCCC.

Gesta Nini.

Zoroastres
 magice ar-
 tis inuentor.
 Regnauit
 Ninus an-
 nis LII.

II.

Semiramis
 dicta, qd ab
 aibus, quas
 Syri Semira-
 mides appel-
 lant, sic nu-
 trita.
 Semirami-
 dis astus.

A 2 exinde

Exinde, pro exinde gens uniuersa tenet. Sic primis initijs sexum
indunc vsq; mentita, puer credita est. Magnus deinde res gestit:
diem.

Exemplum quarum amplitudine ubi inuidiam superatam putat,
muliebris que sit fatetur, quem ue simulasset. Nec hoc illi digni-
fortitudinis tatem regni ademit, sed admirationem auxit, quod mu-
Semiramis lier non foeminas modò uirtute, sed etiam uiros antei-
Semiramidis ret. Hec Babyloniam condidit murum que urbis cocto
gesta. latere circumdedit, arena, pice, bitumine interstrato,
De Babylone que materia in illis locis passim è terra exestuat. Mul-
niz magni tudine non fatis constat ta alia præclara huius reginae fuere. Siquidem non
apud Histo contenta ad quositos à uiro regni terminos tueri, Ae-
riographos, tbiopiam quoque regno suo adiecit: Sed & Indiae bel-
vide Herod. lum intulit, quò præter illam & Alexandrum Mag-
li. I. Diodo. num, nemo intrauit. Ad postremum quum concubitum
lib. 3. Legem filij petiisset, ab eodem interfecta est: II. & XL. an-
tulisse fert, nos post Nimum regno potita. Filius eius Nimus conten-
qua permit- tus elaborato à parentibus imperio, belli studia depo-
teretur parè- sit: & ueluti sexum cum matre mutasset, raro à uiris
tibus cum li- uisus, in foeminarum turba consenuit. Posteri quoq; eius
beris coire. III. exempla sequuti, responsa gentibus per internuncios
Ninus filius. dabant. Imperium Assyrii, qui postea Syrii dicti sunt,
Syri olim annos M. CCC. tenuere. Postremus apud eos regnauit
Assyrii dicti. Postremus rex Assyrio-
rum Sardana- rex Assyrio-
palus. palus.
† Arbaces

† Arbaces etus ipsius Medis prepositus, nomine † Arbactus, cum
admitti magna ambitione agrè obtinisset, inuenit

CHM

cum inter scortorum greges, purpuram colorentem.
& muliebri habitu, cum mollicia corporis, & oculo-
rum lasciuia omnes foeminas anteciret, pensa inter uir-
gines partientem. Quibus uisis, indignatus tali foemi-
ne tantum uirorum subiectum, tractantq; lanam, fer-
rū & arma portates parere, progressus ad socios suos,
quid uiderit refert. Negat se ei parere posse, qui se fee-
minam malit esse quam uirum. Fit igitur coniuratio:
bellum Sardanapalo infertur: quo ille audito, non ut
uir regnum defensusurus, sed ut metu mortis mulieres so-
lent, primò latebras circumspicit: mox deinde cum pau-
cis & incompositis in bellum progreditur. Victus in re-
giam se recipit, & extructa pyra, se & diuitias in in-
cendium mittit, hoc solo imitatus uirum. Post hæc sta-
tuitur rex interfecto eius † Arbactus, qui præfectus
Medorum fuerat: is imperium ab Assyrijs ad Medos † Arbaces
transfert. Post multos deinde reges, per ordinem suc-
cessionis regnum ad Astyagem descendit. Hic per som-
nium uidit ex naturalibus † si παρὸς μὲρ διὰ λήγεται ἄρῃ & γενέσθαι ἄρῃ
lie quam unicam habebat, ut ἑὸς περισσῶν βοσκίαις. ὁ δὲ καὶ μὲν ἑὸς εὖ-
tem enatam, cuius palmite om τῶν τοῦ παρὸς ἄρῃ γενέσθαι ἄρῃ, ὁ δὲ παρὸς
dei, ἀπὸ περισσῶν κληίσονται μετὰ τὸς διὰ μα-
nis Asia obumbraretur. Con- λογῆται μαδάνας γενέσθαι. ἡ δὲ μανδάνη
sulti harioli, ex eadem filia ne ἄρῃ, ἑσπύλαις ἢ δουράται τὸ μὲν ἄρῃ βοσκί-
potem ei futurum, cuius mag- λίας φῶναι διὰ ἄρῃ. λήγεται, καὶ ἄρῃ
nitudo pronouciaretur, regniq; ἰτι, καὶ ἄρῃ ὑπὸ τῶν βοσκίαις, ἢ δὲ μὲν
ei amissionē portendi respon- ἡ ἀλλῆς &, ψυχῇ δὲ φιλανθρωπότητος

A 3 192

Εὐλαχέστητος, φιλοτιμότατος. Hoc responso perterritus, neque
Hæc Xenophon.

† Mandane
ea dicta fuit.
Auctor Valerius.

Harpagus.

ne paterna maternaq; nobilitas nepotis animum extol
leret: sed de gente obscura tunc temporis Persarum,
Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac
ne sic quidem somnij metu deposito, gravidam ad se fili
am accersit, ut sub aui potissimum conspectu foetus ne
caretur. Natus infans datur occidendus Harpago, regis
omnium consiliorum participi. Is ueritus si ad filiam
mortuo rege uenisset imperium, eò quòd nullum Astya
ges uirilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultio
nem, quam à patre non potuisset, à ministro exigeret,

Pastori nomen fuit Mitridates.

Ὀνόματι δὲ τῆς γυναίκεώς τῆς οὐραίας. Κυνὸς
κατὰ τὴν τῶν ἑλλήνων γλῶσσαν, κατὰ δὲ τὴν
τῆς μεδικῆς, σπακὸς τῆς γὰρ κύνος καλεῖται.
Ἡροδότος μὲν δὲ. Herodotus addit præte
rea pastoris infantem mortuum fuisse

zatum.

positione, summis precibus rogat sibi adferri, ostendi
q; puerum: cuius precibus fatigatus pastor, reuersus
in syluam, inuenit iuxta infantem canem foeminā paru
ulo ubera præbentem, & à feris & alitibus defenden
tem. Motus etiam ipse misericordia. qua motam ipsam
canem uiderat, puerum desert ad stabulum, eadem cane
anxiè prosequente: quem ut in manum mulier accepit,
ueluti ad notam puer allisit: tantus que in eo uigor &
dulcis quidam blandientis risus apparuit, ut pastorem

uxor

uxor ultrò rogaret, quòd suum partū pro illo exponere
ret, permitteretq; sibi siue fortuna ipsius, siue spei suæ
puerum nutrire. Atq; ita permutata sorte paruulorum,
hic pro filio pastoris educatur, ille pro nepote regis
exponitur. Nutrici † Spacon postea nomen fuit, quia ca
nem Persæ sic uocant. Uer deinde, cum inter pastores
† Sparcon.
† Cyrus Ar
† tembares vir
† princeps e
† rat, qui Cy
† rum accusa
† bat.
† minacem
† dunt axat
† Alterum crudelitatis in Astyage exem
† plum. Fertur Astyages necatum filium
† parenti in cœna partim assium, partim
† elixum vorandum proposuisse. Cœna
† peracta interrogasse eum, nunquid lau
† te conuiuatus esset: illo adserente, iuf
† fisse adferri reliquias, ut inde si quic
† placeret, sibi fumeret Harpagus: hunc
† filij clade cognita, nequaquam confite
† natum dixisse: Quando hoc ira regi li
† buerit, non id etiam sibi displicere.
† mum tempore, quū adoleuis



scit Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut re-
 legatus in Persas ab auo fuerit, ut occidi eum parui-
 lum auus iusserit, ut beneficio suo seruatus sit, ut regem
 offenderit, ut filium amisit: hortatur exercitum pa-
 ret, & pronam ad regnum uiam ingrediatur. Medo-
 rum transitionem pollicitus, epistolaq; (quia palam fer-
 ri nequibat, regis custodibus omnes aditus obsidenti-
 bus) exenterato lepori inseritur, lepusq; in Persas Cy-
 ro ferendus fido seruo traditur: addita sunt retia, ut
 sub specie uenationis dolus lateret. Lectis ille epistolis,
 eandem uiam somnio adgredi iussus est. Sed praemoni-
 tus, ut quem primum postera die obuium haberet, so-
 cium coeptis adsumeret. Igitur antelucano tempore ru-
 ri iter ingressus, obuium habuit seruum de ergastulo
 cuiusdam Medii, nomine Sybarem: huius requisita ori-
 gine, ut in Persis genitum audiuit, demptis compedis
 bus, adsumptoq; comite, Persopolim urbem regreditur:
 ibi conuocato populo, iubet omnes praesto cum securi-
 bus esse, & soluiam uiae circumdatam excidere. Quod
 cum strenue effecissent, eosdem postera die apparatus
 epulis inuitat: deinde cum alacriores ipso conuiuio sa-
 ctos uideret, rogat, ut si conditio proponatur, utrius
 uiae sortem legant, hesterni ne laboris, an praesentium
 epularum: praesentium ut acclamauerent omnes, ait he-
 sterno similem labori omnem uitam acturos, quoad Me-
 dis pareant: se secutos, hodiernis epulis. Latis omni-
 bus,

Prudens in
 occultandis
 literis confi-
 lum: quale
 infra Dema-
 rati, & apud
 Hiero. Hi-
 stizei.

Callidū Cy-
 ri cōsiliū.

bus, Medis bellum infert. Astyages meriti in Harpagū Cyri bellum
 oblitus, summam belli eidem committit, qui exercitum
 acceptum statim Cyro per deditionem tradidit: regis
 crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. Quod ubi Astyagis.
 Astyages audiuit, contractis undique auxilijs, ipse in
 Persas proficiscitur: & repetito alacrius certamine,
 pugnantibus suis, partem exercitus a tergo ponit, &
 in tergiuersantes ferro agi, ut in hostes, iubet: ac †
 † denunciat
 Ingens telū
 necessitas.
 † obserua
 fce
 minarum fa-
 cinus in Per-
 sas fugientes
 Astyages ca-
 pit, qui reg-
 nauit annis
 XXXV.
 Exemplum
 clementiae
 & moderatae
 victoriae.
 TERTIA
 monarchia
 Persarū du-
 rauit annis
 CCXXX.
 Medorum imperij fuit. Regnauerunt annis CCL.
 Initio regni Cyrus Sybarem ceptorium socium, quem
 iuxta nocturnum uisum, ergastulo liberauerat, † co-
 † comitemq;
 ceptorū m-
 mitemq;

mitemq; in omnibus rebus habuerat, Persis prae posuit: fororemq; suam ei in matrimonium dedit. Sed ciuitates, quae Medorum tributariae fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitantes, a Cyro defecerunt: quae res multorum bellorum Cyro causa & ori-

Cyrus Persarum rex primus, regnauit go suit. Domitis demum plerisque cū aduersus Babylonios bellū gereret, Babylonij rex Lydorum Cræsus, cuius opes & diuitiae insignes ea tempore state erāt, in auxilium uenit: uictusq; iam de se sollicitus, in & Cræsi congressu Herod. narrat.

post uictoriam, compositis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. Ibi fortuna prioris praelij percussam, iam Cræsi exercitum nullo negotio fundit. Cræsus ipse capitur: sed quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior uictoria fuit. Cræso & uita, & patrimonij partes, & urbs Barce concessa sunt: in qua etsi non regiam uitam, tamen & proximam maiestati regie dederet. Haec clementia non minus uictori, quam uicto utilis fuit. Quippe ex uniuersa Graecia, cognito quod illatum Cræso bellum esset, auxilia uelut ad commune extinguendum incendium consuebant. Tantus Cræsi amor apud omnes urbes erat, ut passurus Cyrus graue bellum Graeciae fuerit, si quid in Cræsum crudelius cō-

suluis

suluisset. Interiecto deinde tempore, occupato in alijs bellis Cyro, rebellauere Lydij: quibus iterum uictis, & arma & equi adempti, iusq; cauponias, ludicras artes et lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens & manu strenua, effoeminata molliē luxuriaq; uirtutem pristinam perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella praestiterant, in luxuria lapsos ocium ac desidia superauit. Fuere Lydij multi ante Cræsum reges, & diuitijs scissibus memorabiles: nullus tamen fortunae Candauli comparandus: qui cum uxorem suam, quā propter pulchritudine nimium diligebat, omnibus praedicaret, non cōtentus uoluptatū suarum

tacita conscientia, nisi etiā matrimonij reticenda publicaret prorsus: quasi silentium damnium pulchritudinis esset. Ad postremū ut affirmationi suae fidem faceret, eā Cygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo facto, et amicum in adulterium uxoris illectum, hostem sibi fecit: & uxorem uelut tradito alij amore, a se alienauit. Nā breui post tempore caedes Candauli nuptiarum premium fuit. Vxor mariti sanguine dotata, regnū uiri, & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia, & uniuerso oriente in potestatem redacto, Scythias bellū intulit.

Erāt

Hinc pro-
uerb. Lydus
cauponatur.
Lydorum
Caricæ.

Digressio, qua praeter historiae ordinem haec de Lydorum regibus recitat. Candaulus Myrtili filius, ab Alcæo Heraculis oriundus.

Pro uerb. Gygis annulus. Scribit Herodot. mulierculam Gygi mandasse, ut aut Candaulum occideret, aut se patere tur occideret, quoniam in turpi Candauli paruillet. De huius Gygis annulo multa sunt in r. de Legib. apud Platonem, & Ciceronem, lib. 3. Officiorum.



Alterum de
mentia ex-
emplum in
Cyro.



poris lineamentis persimilis: ac nemine subesse dolens
 arbitrate, pro [†]Smerde, rex [†]Smerdis constituitur.
 Que res eo occultior fuit, quod apud Persas persona
 regis sub specie maiestatis occultitur. Igitur Magi ad sa-
 uorem populi conciliandum, tributa & militie uaca-
 tionem in triennium remittunt, ut regnum quod frau-
 de quesierant, indulgentia & largitionibus confirma-
 rent: que res suspecta primo Otani uiro nobili & in-
 coniectura sagacissimo fuit. Itaque per internuncios
 querit a filia, que inter regias pellicies erat, an Cyri
 regis filius rex esset. At illa nec se scire ipsam ait, nec
 ex alia posse cognoscere: quia singula separatim re-
 cludantur. Tum pertractare dormienti caput iubet.
 Nam Mago Cambyses aures utrasque preciderat. Fa-
 ctus deinde per filiam certior sine auribus esse regem:
 optimatibus Persarum rem indicat, & in eadem falsi
 regis impulsos sacramento religionis obstringit. Septem
 tantum conscij fuere huius coniurationis, qui ex conti-
 nenti, ne dato in poenitentiam spacio res per quenquam
 narraretur, occultato sub ueste ferro ad regiam per-
 gunt. Ibi obuijs interfectis, ad Magos perueniunt. Quo-
 bus ne ipsis quidem animus in auxilium sui defuit. Siqui-
 dem stricto ferro duos de coniuratis interficiunt. Ipsi
 tamen corripiuntur a pluribus, quorum alterum Go-
 brias amplexus Magum, cunctantibus socijs, ne ipsum
 pro Mago transfoderent, quia res obscuro loco gereba-

Otanes
 Pharnaspis
 filius, cuius
 filia Phady-
 ma appella-
 batur.

Persarum
 optimatum
 contra duos
 Magos fra-
 tres coniu-
 ratio.

Herod. vul-
 neratos ait
 non interfe-
 ctos: Aspar-
 thinem nem-
 pe & Inta-
 pheruem.

ur, uel per suum corpus adigi Mago ferrum iussit. For-
 tuna tamen ita regente, illo incolumi Magus interfi-
 citur. Occisis Magis, magna quidem gloria recuperati
 regni principum fuit: sed multo maior in eo, quod cum
 de regno ambigerent, concordare potuerunt. Erat enim
 & uirtute et nobilitate ita pares, ut difficile ex his po-
 pulo electionem equalitas faceret. Ipsi igitur uiam in-
 uenerunt, qua de se iudicium religioni & fortune com-
 mitterent. Pacti inter se sunt, die statuta omnes equos
 ante regiam primo mane perducere, & cuius equus
 ante solis ortum hinnitum primus edidisset, is rex esset.
 Nam et Solem unum Deum Perse esse credunt, & equos
 eidem Deo sacros ferunt. Erat inter coniu ratos Da-
 rius Histaspis filius, cui de regno sollicito equi custos
 att. si ea res uictoriam moraretur, nil negocij superes-
 se: proinde nocte equam, pridie ante constitutam diem
 ad eundem locum ducit, ibique equum equae admittit, ra-
 tus ex uoluptate Veneris futurum, quod euenit. Postera
 die cum ad statuta hora omnes uenissent, Darius equus
 cognito loco, ex desiderio foeminae huiusmodi statim edi-
 dit: & segnis alijs, felix auspiciu domino primus
 emisit. Tanta moderatio ceteris fuit, ut audito auspi-
 cio, confestim equis desilierint, & Darium regem salu-
 tarint. Populus quoque uniuersus secutus iudicium prin-
 cipum, eundem constituit regem. Sic regnum Persa-
 rum septem nobilissimorum uirtute quesitum, tam le-

Concordia
 Principum

Extant apud
 Herod. pul-
 cherrime
 horum con-
 sultationes
 de regno: an
 de regno: an
 sit constituen-
 da.

Pactum ex
 equorum
 hinnitu.
 DARIUS.
 Oebaris
 astutia.

III.
 DARIUS
 Persarum ter-
 tius, ex equi
 hinnitu rex
 electus, qui
 regnauit
 annis 36.

in momento in unum collatum est. Incredibile prorsus
 hoc tanta pietate gessisse eos, q̄ ut eriperent a Magis,
 mori non recusarent: quanquam præter formam uirtu-
 temq; hoc imperio dignam, et cognatio Dario iuncta
 cum pristinis regibus fuit. Principio igitur regni Cyri
 regis filiã, regalibus nuptiis regnum firmaturus, in ma-
 trimonium recepit, ut nõ tam in extraneam translatu-
 quam in familiam Cyri reuersum uideretur. Interiecto
 deinde tempore, cum Assyrii descuissent, et Babyloniã
 occupassent, difficilisq; urbis expugnatio esset, æstuan-
 te rege, unus de interfecto-
 ribus Magorum Zopyrus nomine, do-
 mi se uerberibus lacerari toto
 corpore iubet, nasum & labia,
 & aures sibi præcidi, atque ita
 regi inopianti se offert. Atto-
 nitum & querentem Dariũm
 caussas, autorem que tam fædæ
 lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edocet: et
 formato que in futurum consilio, transfuge titulo Ba-
 byloniam proficiscitur. Ibi ostendit populo laniatum
 corpus. Queritur crudelitatem regis, a quo in regni et
 portione non uirtute, sed auspicio: non iudicio homi-
 num, sed hinnitu equi superatus sit. Iubet eos ex ami-
 cis exemplum capere, quid hostibus cauendum sit. Hor-
 tatur, ne moenibus magis, quam armis confidant, pa-

† firmato

† Alias peti-
tione, vel
sortitione.

patianturq; se commune bellum recentiore ira gerere.
 Nota nobilitas uiri pariter & uirtus omnibus erat: nec
 de fide timebant, cuius ueluti pignora uulnera corpo-
 ris, & iniuria notas habebant. Constituitur ergo dux
 omnium suffragio: & accepta parua manu, semel atq;
 iterum cedentibus consulto Persis, secundo proelia se-
 cit. Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum
 regi prodidit: urbemq; ipsam in potestatem eius rede-
 git. Post hæc Darius rex bellum Scythis infert: quod se-
 quenti uolumine referetur.

Proditio
Babylonia

IVSTINI HISTORICI

LIBER II.



In relatione rerum a Scythis ge-
 starum, que satis ample magni-
 ficæ que fuerunt, principium ab
 origine repetendum est. Non e-
 nim minus illustria initia, quam
 imperiũ habuere: nec uirorum
 imperio magis, q̄ sceminarum
 uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi Parthos Bactria-
 nos, scemine autem eorum Amazonum regna condia-
 derint: prorsus ut res gestas uirorum mulierumq; con-
 sideratis, incertum sit, uter apud eos sexus illustrior
 fuerit. Scytharum gens antiquissima semper habita-

De Scytharũ
origine,
populis, &
moribus co-
piofissime
Herodo. in
libro primo

Universidad de
 Aegyptiorū
 argumenta
 ab aeris tem-
 perie & soli
 fertilitate
 Fuit Aegypti
 de gene-
 ris vetuitate
 & cum Phry-
 gibus cōten-
 tio, de qua
 Herod. lib. 2
 Conclusio.
 Confutatio
 superiorum
 Propositio.
 Ratio.

Dilemma
 quo probat
 Scythæ
 Aegyptijs
 esse vetustio-
 res.
 Scythæ
 Prima dilem-
 matis pars.

quāquam inter Scythas & Aegyptios diu contentio
 de generis uetustate fuerit, Aegyptijs prædicantibus
 initio rerum, cum alie terræ nimio feruore solis arde-
 rent, alie rigerent frigoris immanitate, ita ut non mo-
 do generare homines, sed ne aduenas quidem recipere
 ac ueri possent: prius quàm aduersus calorem, uel frigi-
 dus uelamenta corporis inuenirentur, uel locorum uici-
 tia quæ sitis arte remedijs mollirentur, Aegyptium ita
 temperatam semper fuisse, ut neque hyberna frigora,
 nec æstiuæ solis ardores, incolas eius premerent: solum
 ita fecundum, ut alimentorum nulla terra feracior sit
 in usus hominum. Iure igitur ibi primum homines
 uideri debere, ubi educari facillimè possent. Con-
 trā, Scythæ coeli temperamentum, nullum esse uetustatis
 argumentum putabant: quippe naturam, cum pri-
 mum incrementa caloris & frigoris regionibus distinx-
 erit, statim ad locorum patientiam animalia quoque
 generasse: sed arborum atque frugum, pro regionum
 conditione, aptè genera uariata. Et quāto Scythis sit
 cælum asperius quàm Aegyptijs, tantò & corpora &
 ingenia esse duriora. Cæterum si mundi, quæ nunc par-
 tes sunt, aliquando unitas fuit, siue illuuiæ aquarum,
 principio rerum terras obrutas tenuit: siue ignis, qui
 & mundum genuit, cuncta possedit: utriusq; primordij
 Scythas origine præstare. Nam si ignis prima possessio
 rerum fuit, qui paulatim extinctus sedem terris dedit:

nullam

nullam prius, quàm septentrionalem partem hyemis
 frigore ab igne secretam, adeò ut nunc quoq; nulla ma-
 gis rigeat frigoribus. Aegyptium uerò & totum orien-
 tem tardissimè temperatum: quippe qui etiam nunc tor-
 renti calore solis exæstuet. Quòd si omnes quondam
 terra submersæ profundo fuerunt, profectò æditissimā
 quancumque partem decurrentibus aquis prius detectam,
 humillimo autem solo eandem aquam diutissimè im-
 moratam: & quāto prior quæque pars terrarum sic-
 cata sit, tantò prius animalia generare cœpisse. Porro
 Scythiam adeò æditorem omnibus terris esse, ut cun-
 cta flumina ibi nata, † in mare Mæoticum, tum deinde
 in Ponticum & in Aegyptium mare decurrant. Aegy-
 ptium autem (quæ tot regum, tot seculorum cura, impen-
 sãq; munita sit, & aduersus uim decurrentiũ aquarum
 tantis instructa molibus, tot fossis concisa, ut cum his
 arceantur, illis recipientur aquæ, nihilominus coli, nisi
 excluso Nilo, non potuerit) nec posse uideri hominum
 uetustate ultima: quæ siue exaggerationibus regum,
 siue Nili trahentis limum, terrarum recentissima ui-
 deatur. His igitur argumentis superatis Aegyptijs, an-
 tiquiores semper Scythæ uisi. Scythia in orientem por-
 recta, includitur ab uno latere Põto, & ab altero mon-
 tibus Riphæis: à tergo Asia & † Tanai flumine: mul-
 tum in longitudinem & latitudinem patet. Homini-
 bus inter se fines nulli: neque enim agrum exercent,

Secunda pars
 4 Alij, in
 Mæotita.
 De Aegypto
 & Nilo uide
 Herod. in
 Ευιτρικη.
 Plin. lib. 5.
 cap. 9. Pom-
 Melali. l. c. 5
 Scythiæ de-
 scriptio.
 4 Phasi.
 Scytharum
 mores, No-
 mades dicti.

B 2

Nec



nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est: armenta
 & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines
 errare solitis. Vxores liberosque secum in planis
 stris uehunt: quibus, corijs imbrium hyemis que causa
 tectis, pro domibus utuntur. Iustitia gentis ingenij
 De Scytharum moribus copiose Her. *culta, non legibus.* Nullum sc
 Επεὶ τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλλει ἄνθρωπος
 οὐκ ἔστι, τὸ δὲ αἶμα τὸ ἐμπνέει, ὄσους δ' ἔρπον
 νίση ἰππῆ μάχῃ τούτων τὰς κεφαλὰς ἀπο
 φέρει τὰ βασιλεία.

De contentis
gentis.

Z

4 felinis

Digressio
per ampli
ficationem.

Ἰππῶν μ.α.

tur, pellibus tamen † ferinis, aut murinis uestiuntur.
 Hæc continentia illis morum quoque iustitiam dedit, ni
 hil alienum concupiscentibus. Quippe diuitiarum cupi
 do ibi est, ubi & usus. Atq; utinam reliquis mortali
 bus similis moderatio, & abstinentia alieni foret: pro
 fectò non bellorum tantum, per omnia secula terris
 omnibus continuaretur: neq; plus hominum ferrum &
 arma, quàm naturalis fatorum conditio raperet. Pro
 sicut ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare, quod
 Græci longa sapientum doctrina, præceptis que philo
 sophorum consequi nequeunt: cultosq; mores, incultæ
 barbariæ collatione superari. Tantò plus in illis profici
 tit.

tis. Imperium Asiæ ter quasiuere Scythæ, ipsi perpe
 tuò ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti mansere.
 Darium regem Persarum, turpi à Scythia summouè
 re fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Ale
 xandri Magni ducem † Zopyrona pari ratione cum
 copijs uniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non
 sensere arma. Mox Parthicum & Bactrianum impe
 rium ipsi condiderunt: gens & laboribus & bellis aspe
 ra. Vires corporum immensæ: nihil parare, quod amitte
 re timeant: nihil uictores præter gloriam concupi
 scunt. Primus Scythis bellum intulit Vexores rex Aeg
 yptius, nisi prius legatis, qui hostibus parèdi legem
 dicerent. Sed Scythæ iam antea de aduentu regis à si
 nitimis certiores facti, legatis respondent, † tam opu
 lenti populi ducem stolidè aduersus inopes occupasse
 bellum: quod magis domi fuerit illi timendum, † quòd
 belli certamen anceps, præmia uictoria nulla, damna
 manifesta sint. igitur non expectaturos Scythas, ut ad
 se ueniat, cum tanto sibi in hoste plura concupi
 scenda sint, ultròque † prodituros obuiam. Nec † dicto
 res morata: quos cum tanta celeritate uenire rex dis
 dicisset, in fugam uertitur: & exercitu cum omni ap
 paratu belli relicto, in regnum trepidus se recepit. Sey
 thas ab Aegypto paludes prohibuere. Exinde reuersi,
 Asiam perdomitam uectigalem fecerunt, modico tri
 buto, magis in titulum imperij, quàm in uictoria præ
 miu.

Catalogo
quodam re
censet Scy
tharum for
tia facta, à
quibus eos
laudat.
4 Zephyrona

4 Alias: Mi
ramur tam o
pulenti, &c.
4 Alias: Nā
belli certa
mè anceps,
præmia vi
ctoriæ nul
la, uictori
de se damna
manifesta.
4 hostem.
4 præde itur
ros obuiam.
4 dictum, &c
dicta.

Scythæ ex Asia ab vxoribus reuocati. **22** **IVSTINI** **23**
 mium imposto: quindecim annis pacandæ Asiæ moratæ
 ti, uxorum flagitatione reuocantur, per legatos denun-
 ciantium, ni redeant, sobolem se ex finitimis quæsitur-
 ras: nec passuras, ut in posteritatem Scytharum genus
 per sceminas intercidat. His igitur Asia per mille quin-
 gentos annos uectigalis fuit. Pendendi tributii finem
 Ninus rex Assyriorum imposuit. Sed apud Scythas me-
 dio tempore duo regij iuuenes, Plinos & Scolopy-
 nus origine, thus per factionem optimatum domo pulsî, ingentem
 Dioc. Sicut iuuentutem secum traxere: & in Cappadociæ ora iue-
 lus lib. 3. xta annum Thermodoonta confedere, subiectos que
 Thermiscyrios campos occupauere. Ubi per multos an-
 nos spoliarè finitimos consueti, conspiratione populo-
 rum per insidias trucidantur. Horum uxores cum uiderent
 Plin. li. 6. c. 3. exilio suo additam orbitatem, arma sumpserunt:
 finesq; suos, summouentes primò, mox inferentes bella,
 defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omiserunt:
 seruitutem non matrimonium appellantes. Singulare
 Exemplum hiebris fortitudinis. **VI**cti ab Amazonibus
 populi, vulgò dicti sunt. Genecocratumeni, id est
 Plin. lib. 6. indicat.

Exemplum hiebris fortitudinis. **VI**cti ab Amazonibus populi, vulgò dicti sunt. Genecocratumeni, id est Plin. lib. 6. indicat.

neque lanificio, sed, armis, equis, uenationibus exercebant: inustus infantium dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impedirentur: unde Amazones dictæ sunt. Duæ reginæ his fuere, Marthesia & Lampedo: quæ in duas partes agmine diuiso, inclytæ iam opibus, uicibus gerebant bella, sollicitè terminos alternis defendentes: & ne successibus deesset autoritas, generatas se Marte prædicabant. Itaq; maiore parte Europæ subacta, Asiæ quoque nonnullas ciuitates occupauere. Ibi Epheso, multisq; alijs urbibus conditis, partem exercitus cum ingenti præda domum remittunt. Reliquæ, quæ ad tuendum Asiæ imperium remanserant, in concursu Barbarorum cum Marthesia regina interficiuntur. In cuius locum filia eius Oriethya regno succedit. Cui præter singularem belli industriam, eximia seruitas in omne æuum uirginitatis admiratio fuit. Huius uirtute tantum additum gloriæ & famæ Amazonibus est, ut Herculi rex: cui XII. stipendia debebat, quasi impossibile imperauerit, ut armata reginæ Amazonum sibi adferret. Igitur eò profectus longis nouem nauibus, comitante principum Græciæ uuentute, inopinantes adgreditur. Duæ ex quatuor tunc sorores Amazonum regna tractabant, Antiope & Oriethya: quarum Oriethya foris bellum gerebat. Igitur cum Hercules ad littus Amazonum adplicisset: infreques multitudo cum Antiope regina nihil hostile metuente, erat.

4 Marpesia & Lapades. Gesta Amazonum.

4 incurfu. Oriethya in matris Marpesiæ locum regno succedit.

Bellum Hercules cum Amazonibus: fuit aut rex, qui hoc Hercules mandauit, Eurystheus. 4 Othra.

Quare effectum est, ut pauca repentino tumultu exci-
tata, arma sumerent, faciliem que uictoriam hostibus da-
rent. Multae itaque caesae, captaeq; in his duae captae sunt
Antiope sorores: Menalippe ab Hercule, Hippolyte a
Theseo. Sed Theseus obtentam in premium captiuam,
eandem in matrimonium adsumit: ex ea genuit Hippo-
lytum. Hercules post uictoriam, Menalippen captiuam
sorori reddidit, & precium arma reginae ꝑ accepit.
Atque ita imperio functus, ad regem reuertitur. Sed
Orithya ubi comperit bellum sororibus illatum, & ra-
ptorem esse Atheniensium principem: hortatur comi-
tes in ultionem: frustra que & Ponti sinum, & Asiam
domitam esse dicit, si Graecorum non tam bellis, quam
rapinis pateant. Auxilium deinde a ꝑ Sagillo rege Scy-
tharum petit. Genus se Scytharum esse, cladem uiro-
rum, necessitatem armorum, belli causas ostendit: ad-
secutus que uirtute, ne segniores uiris foeminas habere
Scythae uiderentur. Motus ille domestica gloria, mit-
tit cum ingenti equitatu filium Penaxoram in au-
xilium. Sed ante proelium dissensione orta, ab auxilijs
desertae, bello ab Atheniensibus uincuntur. Receptacu-
lum tamen habuere castra sociorum, quorum auxilijs
intactae ab alijs gentibus, in regnum reuertuntur. Post
Orithyam Penthesilea regno potita est: cuius Troia-
no bello inter fortissimos uiros, cum auxilium aduer-
sus Graecos ferret, magna uirtutis documenta exititae-
re.



4 cecepit.

Bellū Athe-
nienſib. ab
Amazoni-
bꝰ
illatum.

4 Sigillo.
4 Sagalo.

Penaxago-
ras.

Otrera.
Penthesilea.
Virg. Ducit
Amazonidū
lunatis agmi-
na peltis, Pe-
thesilea fu-
rens,

re interfecta denum Penthesilea, exercitūque eius ab-
sumpto, pauca que remanserant, agrē se aduersus ſu-
nitimos defendentes, usque ad tempora Alexandri Ma-
gni durauerunt. Harum ꝑ Minothaea siue Thaleſtris
regina concubitu Alexandri per dies XIII. ad sobo-
lem ex eo generandam obtento, reuerſa in regnum bre-
ui post tempore cum omni Amazonum nomine inter-
cidit: Scythae autem tertia expeditione Asiana, cum
annis VII. a coniugibus & liberis abſuiſſent, ſeruli
bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum, lon-
ga expectatione uiroꝝ fesse, nec iam teneri bello,
sed deletos rate, ſeruis ad custodiam pecoris relictis,
nubunt: qui reuerſos cum uictoria dominos, uelut ad-
uenas armati finibus prohibent. Quibus cum uaria ui-
ctoria fuiſſet, admonentur Scythae mutare genus pug-
nae, memores non cum hostibus, sed cum ſeruis praetian-
dum: nec armorum, sed dominorum iure uincendos: uer-
bera in aciem, non tela ferenda: omissoq; ferro, uirgas et
flagella, caetera que ſerulis metus paranda instru-
ta. Probato omnes consilio, instructi (sicut praecipuum
erat) posteaquam ad hostes acceſſere, inopinatis uer-
bera intentant: adeoq; illos perturbant, ut quos ferro
non poterant, metu uerberum uincerent: fugamq; non
ut hostes uicti, sed ut fugitiui ſerui capeſſerent. Quicum
que capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mus-
lieres quoque male ſibi conſciae, partim ferro, partim
suspens-

4 Minithia.

Amazonum
interitus.

Redit ad
Scytharum
historiam.

Stratagemā
Scytharum
cōtra ſeruos
Herodo. in
μαλπωμιν.

Interitus
uicti
Bns.

anthinus.

Uersidad de D
Bellum Darij adacrus Scythas. Solius Histiaj Milehij opera factu est, ne pons interrumpetur. Hero. lib. 4.

Præclara Atheniensiū origo.

Præterquâ, pro non solum.

Demost. in oratione.

ἡ πόλις ἡγεῖται
πρὸς ἄλλας, ἡ δὲ
οὐκ ἔστι τῶν
ἄλλων ἀπο-
κέντρον ὡς
ἡ πόλις ἡγεῖται.

Aut. ὁ ἄριστος

quarum rerum inuen-
tores. Vide

Cicer. pro

L. Flacco.

suspendio uitam finierunt. Post hoc apud Scythas pax fuit, usq; ad tempora Lanthini regis. Huic Darius rex Persarum, sicuti supra dictum est, cum filia eius nuptias non obtinuisset, bellum intulit: & armatis septingentis millibus hominum Scythiam ingressus, non factis tantibus hostibus pugnae potestatem, metuens ne interrupto ponte Istri, reditus sibi intercluderetur, anisissis nonaginta milibus hominum, trepide refugit. Quae iactura, abundante multitudine, inter damna numerata non est. Inde Asiam & Macedoniam domuit. Ionas quoque nauali proelio superat. Demum cognito, quod Athenienses Ionij auxilium contra se tulissent: omnem impetum belli in eos conuertit. Nunc quoniam ad belum Atheniensium uentum est, quae non modo ultra spem gerendi, uerum etiam ultra gesti fidem patrata sunt: operaq; Atheniensium effectu maiora, quam uoto fuerunt: paucis uerbis origo repetenda est: quia non ut ceterae gentes, a sordidis initijs ad summa creuere. Soli enim præterquam incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non aduena, neque passim collecta populi coluuius originem urbi dedit: sed in eodem nati solo, quod incolunt & quae illis sedes, eadem origo est. Primi lanificij & olei & uini usum docuere. Arare quoque, & serere frumenta, glande uescientibus monstrauerunt. Litera certe ac scientia, & hic civilis ordo disciplinae, ueluti templum Athenas habent. Ante Deucalionis

nis tempora regem habuere Cecropem: quem, ut omnis antiquitas fabulata est, biforem prodidere: quia primus marem foeminae matrimonio iunxit. Huic successit Cranauus, cuius filia Attis regioni nomen dedit. Post hunc Amphytrion regnauit, qui primus Mineruae urbem sacrauit, & nomen ciuitati Athenas dedit. Huic temporibus aquarum illuuius maiorem partem Graeciae absumpsit: supersuere quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thessaliae Deucalionem ratibus uecti sunt: a quo propterea genus humanum conditum dicitur. Per ordinem deinde successione, regnum ad Eurichtheum descendit: sub quo frumenti satio apud Eleusina a Triptolemo reperta est, in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratae. Tenuit & Aegaeus Thesepi pater Athenis regnum. A quo per diuortium decedens Medea, propter adultam priuigni aetate, Colchos cum Medo filio ex Aegaeo suscepto concessit. Post Aegaeum Theseus: ac deinde Thesepi filius Demophoon, qui auxilium Graecis aduersus Troianos tulit, regnum possedit. Erant inter Athenienses & Dorienses simultas tim ueteres offensae: quas undicaturi bello Dorienses, de euentu belli oracula consuluerunt. Responsum, superiores fore, ni regem Atheniensium occidissent. Cum uentum esset in proelium, militibus ante omnia custodia regis praecipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat: qui et responso dei, & praecipitis hostium

Atheniensium reges, Cecrops, Cranauus, Amphytrion.

Atheniensium.

Deucalion rex Thessaliae.

Interfecto Erichthone & Padione.

Erichtheus.

Aegaeus ex Aethra Pitheum genuit

Plut. in uita The. Thesei

Demophoon

Codrus.

eognis

cognitis, permutato regis habitu, pannosus sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur. Ibi in turba ob-
sistentium à milite, quem falce astu uulnerauerat, in-
terficitur. Cognito regis corpore, Dorienses sine præ-
lio discedunt. Atque ita Athenienses, uirtute ducis pro
salute patriæ morti se offerentis, bello liberantur. Post

Exemplum
pietatis erga
patriam.

Mutatur sta-
tus Reipub.
Athenien.
Solon,
de quo plu.
& Herod. in
hæc.

Codrum nemo Athenis regnauit, quod memoriæ no-
minis eius tributum est. Administratio Reipub. annuis
magistratibus permixta est. Sed ciuitati nullæ leges tunc
erant: quia libido regum pro legibus habebatur. Eligi-
tur itaque Solon, uir iustitia insignis, qui uelut nouam
ciuitatem legibus conderet: qui tanto temperamento
inter plebē, Senatūq; egit, (cum, si quid pro altero or-
dine tulisset, alteri displiciturū uideretur) ut ab utrisq;
parem gratiam traheret. Huius uiri inter multa egrē-
gia, & istud memorabile fuit: Inter Athenienses & Me-
garenses de proprietate Salaminæ insule, propè usque
ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades mul-
tas capitale esse apud Athenienses cœpit, si quis legem
de uendicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon,
ne aut tacendo parum Reipublicæ consuleret, aut cen-
sendo periculum sibi adferret, subitam dementiam si-
mulat: cuius uenia non dicitur modò prohibita, sed
facturus erat. Deformis habitu, more uecordium in pu-
blicum euolat: factioque concursu hominum, quò magis
consilium disimularet, insolentis sibi uersibus suadere

populo

populo cœpit, quod uetabatur: omniūq; animos ita cœ-
pit, ut extemplo bellum aduersus Megarenses decerne-
retur: insula que deuictis hostibus, Atheniesium fieret.
Interea Megarenses memores illati ab Atheniensibus
belli, & ueriti ne frustra arma mouisse uiderentur: ma-
tronas Atheniesium in Eleusinis sacris noctu oppres-
suri, naues conscendunt. Quare cognita, dux Atheni-
ensium Pisistratus iuuentutem in insidijs collocat: iusis
matronis solito clamore ac strepitu & in accessu ho-
stium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare: egressi
sosg; nauibus Megarenses inopinantes adgressus, dele-
uit: ac protinus classe captiua, intermixtis mulieribus,
ut speciem captiuarum matronarum præberent, Me-
garum contendit. Illi, cum & nauium formam, & peti-
tam prædam agnoscerent: obuij ad portum procedunt:
quibus cæsis, Pisistratus paululum à capienda urbe ab-
fuit. Ita Megarenses suis dolis hostibus uictoriam de-
dère. Sed Pisistratus quasi sibi, non patriæ uicisset, ty-
rannidem per dolum occupat. Quippe uerberibus uo-
luntarijs domi adfectus, lace- Solonem ad Pisistratum dixisse fe-
runt: Abutium Vlysis in se addi-
gendo exemplo. Illum enim ut ho-
progreditur: & aduocata con- res, ipsum ut ciues falleret, sibi ipsi
sione, uulnera populo ostendit: manus intulisse.
de crudelitate principum, à quibus hoc se passum simu-
labat, queritur: adduntur uocibus lachrymæ, & inui-
diosa oratione multitudo credula incenditur: amore
plebis

Carmina
scripta sunt
apud Diog.
Laertium.

Vassi & cal-
lidi ingenij
exemplum;

Pisistratus.
Dolus dolo
sape vincit.

plebis inuisum se Senatui adfirmat: obtinet ad custodi-
am corporis sui satellitum auxilium, per quos occupa-
ta tyrannide per annos XXXIII. regnauit. Post
eius mortē Diocles alter ex filijs, per uim stuprata uir-
gine, a fratre puellæ interficitur. Alter Hippas nomi-
ne, cum imperium paternum teneret, interfectorem fra-
tris comprehendi iubet: qui cum per tormēta confictos
cædis nominare cogeretur, omnes amicos tyrāni nomi-
nauit: quibus interfectis, quærenti tyranno, an adhuc
reliqui conscij essent: nemo, ait, superest, quem amplius
mori gestiam q̄ ipsum tyrannum: qua uoce eiusdem ty-
ranni se uictorem post uindictam pudicitie sororis
ostendit. Huius uirtute cum admonita ciuitas libertatis
esset, tandem Hippas regno pulsus, in exilium agitur;
qui profectus in Persas, ducem se Dario inferenti A-
theniensibus bellum, sicuti supra significatum est, ad-

uersus patriam suam offert. Igitur Athenienses, audito
Darii aduentu, auxilium a Lacedæmonijs, socia tunc
ciuitate, petierunt. Quos ubi uiderunt quatruidi tene-
ri religione, non expectato auxilio instructis decem
millibus ciuium, & Plateensibus auxiliarijs mille, ad-
uersus sexcenta milia hostium in campos Marathonios

Bellum Medicum de quo Herodot. in prælium egrediuntur. Milicia
Xenoph. πολλαχῶ τὸ τάχ. & μάλ. des & dux belli erat, & autor
δορ τῶ βίας διαπράττει τὰ ἄδύτα.
Nobilis ad Marathonem pugna, non expectandi auxilij; quem
tata fiducia ceperat, ut plus præ
sidiij

fidij in celeritate, quam in socijs duceret. Magna igitur
currentibus in pugnam alacritas animorum fuit:
adeo, ut cum mille passus inter duas acies essent, citato
cursu ante iactus sagittarum ad hostem uenirent: nec
audacie eius euentus defuit. Pugnatum est enim tanta
uirtute, ut hinc uiros, inde pecudes putares. Victi Per-
se in naues confugerunt: ex quibus multe suppressæ,
multæ captæ. In eo prælio tanta uirtus singulorum fu-
it, ut cuius laus prima esset, difficile iudicium uideret-
tur. Inter ceteros tamen Themistoclis adolescentis
gloria emicuit: in quo iam tunc indoles futura impera-
torie uirtutis apparuit. Cynægiri quoq; militis Athe-
niensis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata
est, qui post prælij innumeras cades, cum fugientes ho-
stes ad naues egisset, onustam nauem dextra manu te-
nuit: nec prius dimisit, quam manum amitteret. Tum
quoque amputata dextra, nauem sinistra comprehen-
dit: quam & ipsam cum amisisset, ad postremum mor-
su nauem detinuit. Tantam in eo uirtutem fuisse, ut
non tot cædibus fatigatus, non ambabus manibus amisa
uis uictus, ad postremum truncus, & ueluti rabida fe-
ra, a cædibus dimicauerit. Ducen-
ta millia Persæ eo prælio sine
nauigio amiserunt. Cecidit &
Hippas tyrannus Athenien-
sis, autor & concitator eius

In hac pugna
uictæ sunt
sex & quadra-
ginta nationes.
Militaris for-
titudinis ex-
empla.
Præclarum
facinus Cy-
nægiri.

Vide Valer.
Max.

ἰστορικῶς

Obserua quæ in hac historia Herod-
de Hippæ somnio & Epizelo Atheni-
ense narrat.
Herod. lib. 6. Ἐν ταύτῃ τῇ ἰν Μαραθῶνα
μάχῃ ἀπέθανον τῶν βορβόρων κατὰ ἴσον
ἰσχυρίαις καὶ τετρακοσίαις ἀνδράσιν. Ἀθανάσιον
ἀνατορὶ ἐννεήκοντα καὶ δύο,

belli



belli, Dijs † patrie ultoribus poenas repetentibus. In
 circa & Darius cum bellū restauraret, in ipso adpar-
 tu accidit, relictis multis filiis, & in regno, & ante ro-
 gñū susceptis. Ex his † Artobazanes maximus natū
 etatis privilegio regnum sibi uindicabat: quod ius &
 ordo nascēdi, & natura ipsa gētibus dedit. Porro Xer-
 xes controuersiam non de origine, sed de nascendi sco-
 licitate † referebat. Nanque Artobazanem primū qui
 4 adferebat. dem Dario, sed priuato prouenisse: se regi primū natū
 Dedit hoc Xerxi consiliū Demaratus dicebat. Fratres itaq; suos, qui
 exul, dicens: Idem quoq; Sparthe serua antē geniti essent priuato, pri-
 ri solere, obtrinitq; ita à patre Dario uatum patrimonium, quod eo
 Xerxes, vt rex successor declararetur. uatū patrimonium, quod eo
 Fuit enim hæc cōtētio [vt Her. scribit] tempore Darius habuisset, nō
 ante Darij mortē in ipsa aduersus Græ regnum sibi uendicare posse:
 cia expeditione. Neq; em̄ veteri Per- se esse, quem primum in re-
 sarum instituto licebat regi, nisi prius gnū rex pater sustulerit. Huc
 successore cōstituto, in bellū p̄ficisci. accedere, quod Artobazanes non patre tantum, sed
 & matre priuata adhuc fortuna, auo quoque materno
 priuato creatus sit: se uerō & matre regina natum,
 & patrem non nisi regem uidisse. Auum quoq; maternum
 4 Ariapher- num Cyrum se regem habuisse, non heredem, sed com-
 nem. ditorem tanti regni. Itaque etsi a quo iure utruq; fra-
 4 Anapher- trem pater reliquisset, materno se tamen iure & auito-
 nem. uincere. Hoc certamen concordī animo ad patrum
 Fraterna & suum † Artaphernem, ueluti ad domesticum iudicium
 amica de tan suum † Artaphernem, ueluti ad domesticum iudicium
 to imperio deserunt, qui domi cognita causa, Xerxem p̄a posuit:
 contentio. adcoq;

adcoq; fraterna contentio fuit, ut nec uictor † exultauit
 rit, nec uictus indoluerit: ipsoq; litis tempore, inuicem
 munera miserint, & iucunda quoque inter se, non solū
 credula conuiuia habuerint: iudicium quoque ipsū si-
 ne arbitris, sine cōiucio fuerit. Tandē moderatius tunc
 fratres inter se regna maxima diuidebant, quando nunc
 exigua patrimonia partiuntur. Igitur Xerxes bellum
 à patre acceptum aduersus Græciam per quinquenni-
 um instruxit. Quod ubi primum didicit Demaratus
 rex Lacedæmoniorum, qui apud Xerxem exulabat:
 amicior patriæ post fugam, quam regi post beneficia,
 ne inopinato bello opprimerentur, omnia in tabellis
 lignicis magistratibus perscribit: easdemq; cæra super-
 inducenda delet, ne aut scriptura sine tegmine iudiciū da-
 ret, aut recens cæra dolum proderet, Fido deinde seruo
 p̄ferendas tradit, iusso magistratibus Spartanorum
 tradere. Quibus perlatis, Lacedæmonē quæstioni res
 diu fuit, quod neq; scriptum aliquid uiderent, nec fru-
 strā missas suspicarentur: tantoq; rem maiorem, quan-
 to sit occultior, putabant. Herentibus in coniectura ui-
 ris, soror regis Leonide, consilium scribentis inuenit.
 Erasa igitur cæra belli consilia deteguntur. Iam Xer-
 xes septingenta milia de regno armauerat, & trecenta
 milia de auxilijs parauerat: ut vt & μίη δουάτιη, λεωνίδω δέ γυνή.
 non immeritō proditum sit, πέντηκόςτος τε μυριάδας, καὶ ἑκοσι, καὶ
 flumina ab exercitu eius sic δατὼ, καὶ χιλιόδας τρεῖς. καὶ ἑκατὸντάσιο
 C dno,

† infultauere.

Exemplum
moderationis

III.

Xerxes Per-
 sarum rex
 quartus.
 ἐπιπέμωτο.
 Restauratio
 belli aduer-
 sus Græciam
 per Xerxem.
 Demaratus
 quasi populi
 votis peti-
 t. Astutum De-
 marati in oc-
 cultandis li-
 teris confi-
 lium.

Mulieri no-
men fuit
Gorgo.ἢ ἡ ἀδελφεῖ-
κα ἡ δὲ ἑκατο-
ντάσιοCopia Xerxis,
πέντηκόςτος τε μυριάδας, καὶ ἑκοσι, καὶ
 χιλιόδας τρεῖς. καὶ ἑκατὸντάσιο

pugnare non spe uictoriae, sed in mortis ultione. Prælium à principio noctis in maiorem partem diei tractū. Ad postremum, non uicti, sed uincēdo fatigati, inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderūt. Xerxes duobus uulneribus terrestri prælio acceptis, experiri maris fortunam statuit. Sed Atheniensium dux Themistocles, cum animaduertisset Ionas, propter quos bellū Persarū rex susceperat, in auxiliū regis classe uenisset, sollicitare eos in partes suas statuit. Et cum colloquendi copiam non haberet, quō applicaturi erāt, symbolos proponi, & saxis proseribi curat: Quæ uos Iones demencia tenet? Quod facinus agitis? Bellum inferre olim conditoribus uestris, nuper etiam uindictibus cogitatis? An ideō moenia uestra condidimus, ut essent, qui nostra delerent? Quid si nō hæc & Dario prius, et nūc Xerxi belli causa nobiscū foret, & uos rebellantes non destituimus? quin uos in hæc † nostra castra ex ista obsidione transitis? An si hoc parū tutum existat, uos commisso prælio ite cessum, inhibetē remos, & à bello discedite. Ante naualis prælij congressionem miserat Xerxes quatuor milia armatorū Delphos, ad templū Apollinis diripiendū: prorsus quasi non cum Græcis tantum sed cum dijs immortalibus bellum gereret: quæ manus tota imbribus & fulminibus deleta est, ut intelligeret, **QUANTO GRAUIOR OFFENSÀ DEORVM ESSET, TANTO NULLAS**

ESSE

ESSE HOMINVM ADVERSVS DEOS VIRES. Post hæc Thestias, & Plateas, & Athenas uacuas hominibus incendit: & quoniam ferro non poterat in homines, in ædificia igne grassatur. Nāq; Athenienses post pugnam Marathoniam, præmonente Themistocle, uictoriā illam de Persis nō finem, sed causam maioris belli fore, CC. naues fabricauerunt. Aduentante igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculum, responsum fuerat: Salutem muris ligneis tuerentur. Themistocles nauium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus, patriā municipes esse, non moenia: ciuitatemq; non in ædificijs, sed in ciuibus positam. Melius itaq; salutem nauibus, quā urbi commissuros: huius sententiæ etiam Deum autorem esse. Probato consilio, coniuges liberosq; cum preciosissimis rebus abditis insulis, relicta urbe, demandant. Ipsi naues armati conscendūt. Exemplum Atheniensium & aliæ urbes imitatæ. Itaq; cum adunata omnis sociorum classis, & intenta in bellum nauale esset, angustiasq; Salaminij freti, ne circumuenti à multitudine possent, occupassent: dissensio inter ciuitatis principes oritur: qui cum deserto bello ad suatuenda dilabi uellent, timēs Themistocles ne discessu sociorum uires minuerentur, per seruum fidum Xerxi nunciat, uno in loco eum contractam Græciā posse capere facillimè. Quod si ciuitates, quæ iam abire uellent, dissipentur, maiore labore ei singulas consecrarent.

Athenæ incēse, quanquā difficulter arx sit expugnata.

τῆς ὁ τρίτη γενεῆ ἔδεικτο ὅτι ἡ εὐρυὸς πᾶσι & cæc. Herod. li. 7. ἀνδρες πόλις, καὶ οὐ τείχεα, οὐδὲ υἱὸς ἰσθμῶν κτετα.

Pugna ad Salaminem. Discordia.

Seruo ὄνομα μὲν ἦν Σικινὸς οὐκ ἔστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ὄνομα ἢ τῶν ὄνομα σὺν ἡμῶν πᾶσι.

C 3 das.



Naualis pugna insuetur.

Prudentis & callidi imperatoris exemplum Themistocles.

† uestra Exemplum impietatis erga Deos, Herod. li. 8. Sultulit omnia Asiæ templa præter Ephesinā: Diana, Solinus. Impietatis poena.

das. Hoc dolo impellit regem signum pugnae dare. Graeci quoque aduentu hostium occupati, praelium collatis viribus capeffunt. Interea rex uelut spectator pugnae, cum parte nauium in litore remanet. Artemisia autem

Exemplum muliebris fortitudinis Artemisia, effeminati autem ducis Xerxes. **Cum** uideret Xerxes Artemisiam tam fortiter pugnantem, dixisse fertur: **inter primores duces bellum acerrime ciebat.** Quippe ut

in uiro muliebrem timorem, ita in muliere uirilem audaciam cerneret. Cum anceps praelium esset, Iones iuxta praecipitum Themistoclis, pugnae se paulatim subtrahere coeperunt: quorum defectio animos caeteris fregit. Itaque circumspectantes fugam, pelluntur Persae, & mox praelio uicti in fugam uertuntur. In qua trepidatione multae submersae naues, multae captae sunt. Plures tamen non minus seuitiam regis, quam hostem timentes, domum dilabuntur. Hac clade percussam & dubium consilij Xerxem Mardonius adgreditur. Hortatur, ut in regnum abeat, ne quid seditionis moueat fama aduersi belli: & in maius, sicuti mos est, omnia extollens, sibi CCC. millia armentorum lecta ex omnibus copijs relinquat: qua manu, aut cum gloria eius perdomiturum se Graeciam: aut, si aliter euentus ferat, sine eiusdem infamia hostibus cessurum. Probato consilio, Mardonio exercitus traditur: reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sed Graeci, au-

dita

ditae regis fuga, consilium ineunt pontis interruptendi: quem ille Abydo, uelut uictor maris fecerat, ut intercluso aditu aut cum exercitu deleteretur, aut desperatione rerum, pacem uictus petere cogeretur. Sed Themistocles timens, ne interclusi hostes desperationem in uirtutem uerterent: & iter, quod aliter non pateret, ferro patefacerent, satis multos hostes in Graecia remanere dicitans: nec augeri numerum retinendo oportere, cum uincere consilio caeteros non posset, eundem seruum ad Xerxem mittit, certioremq; consilij facit, & occupare transitum matura fuga iubet. Ille percussus nuncio, tradit ducibus milites perducendos: ipse cum paucis Abydon contendit. Vbi cum solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna, & ad estimationem rerum humane sortis uarietate miranda, in exiguo latentem uidere nauigio, quem paulo ante uix equor omne capiebat: earentem etiam omni seruorum ministerio, cuius exercitus propter multitudinem terrae graues erant. Nec pedestribus copijs, quas ducibus assignauerat, felicius iter fuit. Siquidem quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam

Vna salus uicis nullam sperare salutem.

Turpis fuga Xerxis.

Egregium nauigio.

exercitu

ruum.

Misera calamitas in exercitu Xerxis.

Olynthum ab Artabazo expugnatum refert Herodotus. Legatus Mardonij erat Alexander Amyntes filius. Græcorum copiarum copia refertur a Pausania Lacedæmoniorum. De hac pugna Herodotus in Caliope. Themistoclis laus. Reficiuntur Athenæ.

Mardonius Olynthum in Græcia expugnat. Atheniensis quoque in spem pacis amicitiamque regis sollicitat, spem dicens incense eorum urbis etiam in maius restitutionem. Posteaquam nullo precio libertatem vidit his uenalem, incensis que reedificare coeperant, copias in Bœotiam transfert. Eo et Græcorum exercitus, qui centum milium fuit, secutus est. Ibique prælium commissum, sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam uictus Mardonius, ueluti ex naufragio cum paucis profugit: castra referta regalis opulentie capta sunt. Unde primum Græcos, diuiso inter se auro Persico, diuitiarum luxuria cepit. Eodem forte die, quo Mardonij copiae deletæ sunt, etiam nauali prælio in Asia sub monte Mycale, aduersus Persas dimicatum est. Ibi ante congressionem, cum classes ex aduerso starent, fama ad utrunque exercitum uenit, uicisse Græcos, et Mardonij copias occisione occidisse. Tantam famæ uelocitatem fuisse, ut cum matutino tempore prælium in Bœotia commissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria, et tantum spacijs, tam breui horarum momento de uictoria nunciatum sit. Confesto bello cum de præmijs ciuitatis ageretur, omnium iudicio Atheniensium uirtus ceteris prælata. Inter duces quoque Themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus, gloriam patriæ suæ auxit. Igitur Athenienses aucti et præmijs belli, et gloria, urbem ex integro condere moliantur. Cum moenia

mte

maiora complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmonijs hæc historiæ copiose describit Thucy. li. 2. Mittunt ergo legatos, qui monerent, ne munimenta belli Peloponnesi et receptacula futuri rursus belli extruant. Themistocles, ut uidit spei urbis inuideri, non existimans abruptè agendum, respondit legatis, ituros Lacedæmonia, qui de eare pariter cum illis consultent. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos, ut opus maturent. Deinde ipse, interiecto tempore, in legationem proficiscitur: et nunc in itinere infirmitate simulata, nunc tarditatem collegarum accusans, sine quibus agi iure nihil possit, diem de die profereudo, spacijs consummando operi querebat: cum interim nunciatur Spartanis opus Atheniensium maturari, propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit Atheniensium, Lacedæmonum legatos uinciant, pignusque teneant, ne in se grauius consulatur. Adit deinde concionem Lacedæmoniorum: indicat permunitas Athenas esse, et posse illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere. Si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum Athenis in hoc pignus retentos. Grauius deinde castigat eos, quod non uirtute, sed imbecillitate sociorum potentiam quærerent. Sic dimissus, ueluti triumphatis Spartanis, a ciuibus excipitur.

C S Post

Bellum Lace Post hæc Spartani, ne vires ocio corrumperent, & ut
 aduersus Persas. Pausani- bis illatum à Persis Græciæ bellum ulciscerentur, ut
 as perfidii ci- dre fines eorum depopulantur. Ducem suo sociorumq;
 uis & dæcis- exercitui deligunt Pausaniam, qui pro ducatu regnum
 exemplum. Græciæ adfectans, proditiōnis premium cum Xerxe
 Thucydides. nuptias filia eius paciscitur, redditis captiuis, ut fides
 Congylus regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit præterea
 Creteſis hæ- Xerxi, quosunque ad se nuncios misisset, interficeret,
 ras pertulit. ne res loquacitate hominum proderetur. Sed dux Athe-
 Prob. Hunc niensium Aristides belli socius electus, collegæ conatibus
 Aristiden ap- pellat Hero- bus obuiam cundo, simul & in rem sapienter consulens
 do. proditiōnis consilia discussit. Nec multo post accu-
 Cimon inſig- satus Pausanias damnatur. Igitur Xerxes quum proditi-
 ne pietatis- ſtituit. Græci quoq; ducem instituunt Cimōnem Athe-
 exemplum. niensem, filium Miltiadis: quo duce apud Marathonem
 De Miltiade Herod. li. 6. pugnatum est: iuuenem, cuius magnitudinem futuram
 nō de περσικῆ, ἡ ἡρώου μὲν ἔστιν ἡ Εὐ- pietatis documenta prodide-
 ρυμίδωνι ποταμῷ ἐν Παιονίᾳ, ἡ δὲ Περ- runt. Quippe patrem ob cris-
 κωρ ἢ αὐτῆς ἡρώου ἀμφοτέρω ἀνεύουσι, ni- men peculatus in carcere con-
 μίοντος τῷ Μιλτιάδου στρατοῦσι &c. iectum, ibiq; defunctū, transla-
 Thucydides lib. i.

tis in se uinculis, ad sepulturam redemit. Nec in bello
 iudicium diligentiam sefellit. Siquidem non inferior uir-
 tutibus patris, Xerxem terrestri naualiq; bello superat-
 tum, trepidum se recipere in regnum coëgit.

IVSTI

IVSTINI HISTORICI

LIBER III.



ERXES rex Persarum, ter-
 ror antea gentium, bello in Græ-
 cia infelicitè gesto, etiam suis
 contemptui esse cœpit. Quip-
 pe Artabanus præfectus eius,
 deficiente quotidie regis maie-
 state, in spem regni adductus,
 cum septem robustissimis filiis regiam uesperè ingre-
 ditur: nam amicitie iure semper illi patebat: trucida-
 to que rege, uoto suo obſistentes filios eius dolo adgre-
 ditur. Securior de Artaxerxe puero admodum, fingit
 regem à Dario, qui erat adoleſcens, quò maturius re-
 gno potiretur, occisum. Impellit Artaxerxem parrici-
 dium parricidio uindicare. Cum uentum eſſet ad do-
 mum Darij, dormiens inuentus, quasi somnum finge-
 ret, interficitur. Deinde cum unum ex regis filiis ſcele-
 ri ſuo ſuperſeſſe Artabanus uideret, metueretq; de reg-
 no certamina principum: adſumit in ſocietatem conſi-
 lij Baccabaſſum, qui præſenti ſtatu contentus, rem pro-
 dit Artaxerxi: ut pater eius occiſus ſit, ut frater falſa
 parricidij ſuſpicionè oppreſſus, ut deniq; ipſi pararen-
 tur inſidiæ. His cognitis, Artaxerxes uerens Artaba-
 ni numerum filiorum: in poſterum diem paratum eſſe
 exerci-

Crudelitatis
 & perfidiæ
 exemplum.
 Is Longima-
 nus dictus
 fuit.

Xerxes per-
 inſidias tru-
 cidatus, reg-
 nauit annis
 ſecundum,
 Euseb. 20.
 Artaxerxes
 Longima-
 nus Perſa-
 rû rex quin-
 tus, an. 40.

exercitum armatumq; iubet, recogniturus et numerum militum, & in armis industriam singulorum. Itaq; cum inter ceteros & ipse Artabanus armatus adfisteret, rex simulat se breuiorem lorica[m] habere. Iubet Artabanum secum commutare. Exuentem se ac nudatum gladio traiecit. Tum & filios eius corripere iubet: atque ita egregius adolescens & cædem patris, & necem fratris, & se ab insidijs Artabani vindicauit. Dum hæc in

De intestino
Cræcorum
bello.

Persis geruntur, interea Græcia omnis, ducibus Lacedæmonijs & Atheniensibus, in duas diuisa partes, ab externis bellis, ueluti in uiscera sua, arma conuertit. Fium igitur de uno populo duo corpora: & eorundem castrorum homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc Lacedæmonij communia quondam ciuitatum auxilia ad uires suas traherant. Inde Athenienses, & ueritate generis, & gestis rebus illustres, proprijs uiribus confidebant. Atq; ita duo potentissimi Græciæ populi, institutis Solonis & Lycurgi legibus

Lycurgus.
† Polydectæ
habet Plut.
Charilaus a
Χαρίλαος
q; infans Ly
curgo in cō
uiuio esset
oblatus
Plutarch.

pares, ex emulatione uirum in bellum ruebant. Namq; Lycurgus cum fratri suo † Polibitæ Spartanorum regi successisset, regnumq; sibi uindicare potuisset: Charilaus filio eius, qui natus Posthumus fuerat, cum ad ætatem adultam uenisset, regnum summa fide restituit: ut intelligerent omnes, quantum plus apud bonos pietatis iura, quam omnes opes ualere. Medio igitur tempore, dum infans conualefcit, tutelamq; eius administrat:

1101

non habentibus Spartans leges instituit: non inuentio- Preclara Ly
ne earum magis, quam exemplo clarior. Siquidem nihil curgi instituta, de quibus
lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se do- elegantissimè
cumenta daret. Populum in obsequia principum, prin- Xenophō
cipes ad iustitiam imperiorum firmavit. Parsimoniam ἐπὶ τῆ ἀπορίῃ
omnibus suasis: existimans laborem militiæ, assidua fru- ἀνὰ δαμό-
galitatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula non νίω, & Plutarch.
pecunia, sed compensatione mercium iussit. Auri ars in Lycurg.
genti que usum, uelut omnium scelerum materiam sustulit. Administrationem Reipublicæ per ordines diuisit. † Regibus potestatem bellorum, † magistratibus iudicia & annuas successiones, Senatui custodiam legum, † Populo sublegandi Senatam, uel creandi quos uellet magistratus, potestatem permisit. Fundos omnium † Democrati-
equaliter inter omnes diuisit, ut æquata patrimonia tia.
neminem potentiorum alteri redderent. Conuiuari τὸ κλεινὸν ἀ-
omnes publicè iussit: ne cuius diuitiæ uel luxuria in oc- πολὸν δὲ
culto essent. Iuuenibus non amplius una ueste uti toto πλῆθος ἢ
anno permissum: nec quenquam cultius, quam alterum ἑκάστου ἑἴδη
progredi: nec epulari opulentiùs, ne imitatio in luxu- ομοίωσι.
riam uerteretur. Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit: ut primos annos non in luxuria, sed in opere & in laboribus agerent. Nihil eos somnij causa subternere, & uitam sine puluereto degere, neque prius in urbem redire, quam uiri facti essent. Statuit uirgines sine dote nubere. Iussit ut uxores elia-
gerent

gerent

gerentur, non pecunia: seueriusq; matrimonia sua uir
cohercerent, cum nullis dotis frenis tenerentur. Maxi-
mum honorem non diuitum & potentum, sed pro gra-
du etatis senum esse uoluit. Nec sanè usquam terrarum
locum honoratorem senectus habet. Hæc quoniam pri-
mò solutis antea moribus, àura uidebantur esse, auro-
rem eorum Apollinem Delphicum fingit: & inde se et
ex præcepto numinis detulisse, ut consuescendi tædium
metus religionis euincat. Deinde, ut æternitatem legis
suis daret, iurciurando obligat ciuitatem, nihil eos
de eius legibus mutatuos priusquam reuertetur: &
simulat se ad oraculum Delphicum proficisci, consul-
turum quid addendum mutandumq; legibus uideretur.
Proficiscitur autè Cretam, ibiq; perpetuū exilium egit:
abijci que in mari ossa sua moriens iussit, ne relatis La-
cedæmona, solutos se Spartani religione iurisiurandi
& dissoluendis legibus arbitrentur. His igitur mo-
ribus ita breui ciuitas † conuuluit, ut cum Messenijs,
propter stupratas uirgines suas, in solenni Messenio-
rum sacrificio bellum intulissent; grauisima se execra-
tione † obstrinxerint, non prius quam Messeniam ex-
pugnassent reuersuros, tantum sibi uel de uiribus suis,
uel de fortuna spondentes. Quæ res initium dissensio-
nis Græciæ, & intestini belli causa & origo fuit. Itaq;
cum † contra præsumptionem suam, annis X. in obsti-
dione urbis tenerentur; & querelis uxorū, post tam
longam

Uni-
dad de D.
Abijt hoc
proverb.
In sola Spar-
ta expedit
fenescere.
Vocauit in-
de decreta
sua Lycurg.
patres.

Exemplum
amoris erga
patriam.
† coaluit,
Primum La-
cedæmonio-
rū cum Mes-
senijs bellū.
† obstringe-
reut,
Causa & ori-
go intestini
belli.
Anno 8. im-
perij Ro-
muli hoc
fuit bellum,

longam uindictam reuocarentur, ueriti ne hac perse-
uerantia belli grauius sibi, quam Messenijs nocerent:
quippe illis, quantum iuuentutis bello intercidat, mulie-
rum fecunditate suppleri sibi, & belli damna asiduā,
& fecunditatem uxorū absentibus uiris nullam esse.
Itaque legunt iuuenes ex eo genere militum, qui post
iurandum in supplementum uenerant. Quibus Spar-
tam remisissis promiscuos omnium sceminarum concubi-
tus permisere: maturiorem futuram conceptionem ra-
ti, si eam singula per plures uiros experirentur. Ex his
nati, ob notam materni pudoris, Parthenij sunt uocati:
qui cum ad annos XXX. peruenissent, metu inopie
(nulli enim pater existerat, cuius in patrimonium suc-
cessio speraretur) ducem Phalantum adsumunt, filium
† Arati, qui autor Spartanis fuerat iuuentutis ad gene-
randam sobolem domum remittenda: ut sicuti dudum
patrem eius nascēdi habuissent autorem, sic ipsum spei
ac dignitatis suæ haberent. Itaque nec salutatis matris
legumque adulterio infamiam collegisse uidebantur,
an hinc requirendas proficiscuntur: diūq; & per uar-
rios casus tactati, tandem in Italiam deferuntur, & op-
pugnata arce Tarentinorum, expugnatis ueteribus in-
colis, sedem sibi constituunt. Sed post annos plurimos,
dux eorum Phalantus per seditionem in exiliū pertur-
batus, Brundisium se contulit: quo expulsi sedibus suis,
ueteres Tarentini concesserant. Is moriens persuadet,
ut ossa

autor Euseb.
† id est, secus
quam spera-
uerant.
Vrbis nomē
erat Ithoma.

Partheniort
origo.

Phalantus.
† Araci.

Vbi conso-
derint Par-
thenij.
Tarentum.
Brundisium.

Phalanti in
ingratos ci-
ues pietas.



Secundum
cum Messe-
nijs bellum.

Tyrteus po-
eta claudus
dux Lacede-
mon.


ut ossa sua, postremaq; reliquias conterant, & tacite
spargi in foro Tarentinorum curent. Hoc enim modo
recuperare illos patriam suam posse, Apollinem Del-
phis eccinisse. Illi arbitrantes eum in ultionem sui fac-
ta civium prodidisse, præceptis parvère. Sed oraculi
diuersa sententia fuerat. Perpetuitatem enim urbis, non
amissionem hoc facto promiserat. Ita ducis exulis con-
silio, et hostium ministerio, possessio Tarentina Parthe-
nijs in æternum fundata. Ob cuius beneficij memori-
am Phalanto diuinos honores decreuere. Interdum Messe-
nij cum uirtute non possent, per insidias expugnantur.
Deinde cum per annos LXXX, grauiam seruitutis uer-
bera, plerunq; uincula, cæteraq; captiuitatis mala per-
pessi essent: post longam poenarum patientiam bel-
lum restaurant. Lacedæmonij quoque eò conspiratijs
ad arma concurrunt, quò aduersus seruos dimicaturi
uidebantur. Itaque cum hinc iniuria, inde indignitas
animos acueret, Lacedæmonij de belli euentu oraculo
Delphis consulto, iubentur ducem belli ab Athenien-
sibus petere. Porro Athenienses cum responsum ex-
nouissent: in contemptum Spartanorum Tyrteum Pe-
tan claudum pede misere, qui tribus prælijs suscus, eò
usque desperationis Spartanos adduxit, ut ad supple-
mentum exercitus, seruos suos manumitterent, hisq;
intersectorum matrimonia pollicerentur, ut non nu-
mero tantum amissorum ciuium, sed & dignitati suc-
cederent.

cederent. Sed reges Lacedæmoniorum, ne contra for-
tunam pugnando, maiora detrimenta ciuitati infun-
derent, reducere exercitum uoluerunt, ni interuenis-
set Tyrteus, qui composita carmina exercitui pro con-
cione recitauit. In quibus hortamenta uirtutis, damno-
rum solatia, belli consilia conscripserat. Itaque tantum
ardorem militibus iniecit, ut non de salute, sed de se-
pultura solliciti, tesseras insculptis suis & patrum no-
minibus, dextero brachio deligarent: ut si omnes ad-
uersum prælium consumpsisset, & temporis spacio con-
fusa corporum linamenta essent, ex inditio titulorum
tradi sepulture possent. Cum sic animatum reges exer-
citus uiderent, curant rem hostibus nunciare. Messe-
nijs autem non timorem res, sed æmulationem mutuam
dedit. Itaque tantis animis concursus est, ut raro un-
quam cruentius prælium fuerit. Ad postremum tamen
uictoria Lacedæmoniorum fuit. Interiecto tempore,
tertium quoq; bellum Messenij reparauere. In cuius au-
xilium Lacedæmonij inter reliquos socios etiam Athe-
nienses adhibuere: quorum fidem cum suspectam habe-
rent, superuacuos eos simulantes, à bello eosdem dimi-
serunt. Hanc rem Athenienses grauitè ferentes, pecu-
niam, quæ erat in stipendium Persici belli ab uniuersa
Græcia collata, à Delo Athenas transferunt: ne defici-
entibus à fide societatis Lacedæmonijs prædæ ac rapi-
ne esset. Sed nec Lacedæmonij quiescere: qui cum Mes-
senio

Tyrteus ad
milites car-
mina exhor-
tatoria.

III. Bellum
cū Messenijs

Bellum Pelo-
ponnesiacum
de quo Thu-
cy. Erat em
Delos pro-
cōmuniaria-
rio. Pro in-
uira Aristo-

seniorum bello occupati essent, Peloponneses inimici
 Thucy. li. i.  Thucy. li. i.
 Viti sunt in
 Malia.
 ferre, qui bellum Atheniensibus facerent. Parua tunc
 temporis, classe in Aegyptum missa, vires Atheniensis
 bus erant. Itaque navali proelio dimicantes, facile supe
 rantur. Interiecto deinde tempore, post reditum socio
 rum aucti, & classis & militum robore, praelium re
 parant. Iam & Lacedaemonij omnis Messenijs aduersus
 Athenienses arma uerterant. Diu uaria uictoria
 fuit. Ad postremum equo Marte utrinque discessum. Inde
 reuocati Lacedaemonij ad Messeniorum bellum, ne
 medium tempus ociosum Atheniensibus relinquere, ne
 cum Thebanis paciscuntur, ut Boeotiorum imperium
 his restituerent, quod temporibus Persici belli amiserant,
 ut illi cum Atheniensibus bella susciperent. Tantis
 furor Spartanorum erat, ut duobus bellis implici
 ti, suscipere tertium non recusarent: dummodo inimicis
 suis hostes adquirerent. Igitur Athenienses aduersus
 tantam tempestatem belli duos duces deligunt: Per
 riclem spectatae uirtutis uirum, & Sophoclem scripto
 rem tragicarum: qui diuerso exercitu & Spartanorum
 agros uastauerunt, & multas Achaiae ciuitates
 Atheniensium imperio adiecerunt. His malis fracti La
 cedaemonij, in annos XXX. pepigerunt pacem. Sed
 tam longum otium inimicitiae non tulerunt. Itaque in
 tra XV. annos rupto foedere, cum contemptu Deo
 rum hominumque fines Atticos populantur, Et ne pra
 dam

Pericles, de
 quo Thucy.
 lib. 2. & Plut.

Perfidia ex
 amplum.

dam potius quam pugnam expetisse uidentur, hostes
 ad proelium uocant. Sed Athenienses consilio Periclis
 ducis, populationis iniuriam differunt in tempus ul
 tionis: superuacuum pugnam existimantes, cum ulcisci
 hostem sine periculo possent. Deinde interiectis die
 bus naues conscendunt, & nihil sentientibus Lacedae
 monijs, totam Spartam depraedantur: multoque plura
 auferunt, quam amiserant. Prorsus in comparatione
 danmorum longe plurimi fuerit ultio, quam ira. Cla
 ra quidem haec Periclis expetitio habita: sed multo
 elarior priuati patrimonij contemptus fuit. Huius a
 Gros in populatione ceterorum intactos hostes reli
 querant, sperantes adquirere se illi posse, aut pericu
 lum ex inuidia, aut ex suspitione proditoris infamiam.
 Quod ante perspiciens Pericles, & futurum populo
 praedixerat, & ad inuidiae impetum declinandum agros
 ipsos dono Reipubl. dederat. Atque ita unde periculum
 quesitum fuerat, ibi maximam gloriam inuenit. Post
 haec interiectis diebus, navali proelio dimicatum est.
 Victi Lacedaemonij fugerunt. Nec cessatum deinceps
 est, quin aut terra, aut mari uaria praeliorum fortuna
 inuicem se trucidarent. Denique fessi tot malis, pacem
 in annos quinquaginta fecere: quam non nisi sex an
 nis seruauerunt. Nam inducias, quas proprio nomine
 condixerant, ex foetorum personarum pebant. Quip
 pe quasi minus perituri contraherent, si ferentes socijs

Liu. eodem
 consilio An
 nibalem fer
 rum igneque
 & vim oem
 hostile a Fa
 bij agris ab
 finire iussit
 se scribit.
 Extat hac de
 re apud Thu
 cyd. oratio.

auxilia potius, quā si aperto proelio dimicassent. Hinc bellum in Siciliam trāslatum: quod priusquam exponam, de Sicilia situ pauca dicenda sunt.

IVSTINI HISTORICI

LIBER IIII.

Sicilię descri-
ptio. Hac lo-
cavi quon-
dam, & vasta
cōuulsa rui-
na Disilui-
se ferunt, &
car. Virg. Vi-
de Plin. li. 35.
cap. 15.



Siciliam ferunt angustis quondā
faucibus Italiae adhaesisse, dirē-
ptamq; uelut à corpore maiore
impetu superioris maris, quod
toto undarum genere illuc uelut
tur. Est aut ipsa terra tenuis ac
fragilis, & cauernis quibusdā,
fistulisq; ita penetrabilis, ut uentorum tota ferme fla-
tibus pateat: nec non & ignibus generandis, nutriē-
disq; soli ipsius naturalis uis. Quippe intrinsecus stras-
tum sulphure & bitumine traditur: quae res facit, ut
spiritu cum igne inter interiora luctāte, frequenter &
compluribus locis, nunc flammās, nunc uaporem, nunc
fumum eructet. inde denique Aetnae montis per tot se-
cula durat incendium. Et ubi acrior per spiramenta
cauernarum uentus incubuit, harenarum moles ege-
runtur. Proximū Italiae promontorium Rhegium di-
citur: ideo quod Graece abrupta hoc nomine pronun-
tiantur. Nec mirum si fabulosa est loci huius antiqui-
tas. in quem res tot colere mirae. Primum quod nusquā
aliās tam torrens fretum; nec solim citato impetu, ue-
rum etiam seuo. Neque experientibus modò terribile,
uerum etiam procul uisentibus. Undarum porrò inter
se concurrentium tanta pugna est, ut aliās ueluti ter-
ga dantes uorticibus mergi, ac in imum desiderere, aliās
quasi uictrices in sublime ferri uideas. Nunc hic fremis-
tum fruuentis aestus, nunc illic genitum in uoragine de-
sidentis exaudias. Accedunt uicini & perpetui Aetnae
montis ignes & insularum Aeolidum, uelut ipsis un-
dis alatur incendium. Neque enim in tam angustis ter-
minis aliter durare tot seculis tantus ignis potuisset,
nisi & humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fa-
bule Scyllam & Charybdim peperere: hinc latratu-
scuditos, hinc monstri credita simulacra: dum nauigan-
tes magnis uorticibus pelagi desidentis exterriti, la-
trare putant undas, quas sorbentis aestus uorago colli-
dit. Eadem causa, etiam Aetnae montis perpetuos ignes
facit. Nam aquarum ille concursus raptum secum spi-
ritum in imum fundum trahit: atq; ibi suffocatum tam
diu tenet, donec per spiramenta terrae diffusus, nutri-
menta ignis incendat. Iam ipsa Italiae Siciliae que uicini-
tas, iam promontiorum altitudo ipsa ita similis est,
ut quantum nunc admirationis, tantum antiquis terro-
ris dederit: credentibus, coeuntibus inter se promonto-
rijs, & rursum discedentibus solida intercipi, absumiq;

AETNA
Interdū sco-
pulos auulsa
que viscera
mōtis Erigit
eructans
Rhegiū à πῶ-
τῶ ῥηγυσίων.

tas. in quem res tot colere mirae. Primum quod nusquā
aliās tam torrens fretum; nec solim citato impetu, ue-
rum etiam seuo. Neque experientibus modò terribile,
uerum etiam procul uisentibus. Undarum porrò inter
se concurrentium tanta pugna est, ut aliās ueluti ter-
ga dantes uorticibus mergi, ac in imum desiderere, aliās
quasi uictrices in sublime ferri uideas. Nunc hic fremis-
tum fruuentis aestus, nunc illic genitum in uoragine de-
sidentis exaudias. Accedunt uicini & perpetui Aetnae
montis ignes & insularum Aeolidum, uelut ipsis un-
dis alatur incendium. Neque enim in tam angustis ter-
minis aliter durare tot seculis tantus ignis potuisset,
nisi & humoris nutrimentis aleretur. Hinc igitur fa-
bule Scyllam & Charybdim peperere: hinc latratu-
scuditos, hinc monstri credita simulacra: dum nauigan-
tes magnis uorticibus pelagi desidentis exterriti, la-
trare putant undas, quas sorbentis aestus uorago colli-
dit. Eadem causa, etiam Aetnae montis perpetuos ignes
facit. Nam aquarum ille concursus raptum secum spi-
ritum in imum fundum trahit: atq; ibi suffocatum tam
diu tenet, donec per spiramenta terrae diffusus, nutri-
menta ignis incendat. Iam ipsa Italiae Siciliae que uicini-
tas, iam promontiorum altitudo ipsa ita similis est,
ut quantum nunc admirationis, tantum antiquis terro-
ris dederit: credentibus, coeuntibus inter se promonto-
rijs, & rursum discedentibus solida intercipi, absumiq;

Aeolides in-
sula.

Scylla.
Charybdis
Dextrum
Scylla latus
lequum impla-
cata Charyb-
dis Obtinet.

De Sicilia
Thucy. li. 6.

naugia. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulis
compositum: sed metu & admiratione transeuntium.
Ea est enim procul inspicentibus natura loci, ut finit
maris, non transitum putes: quod cum accesseris, disces
dere ac seiungi promontoria, quae antea iuncta fuerat,
arbitrere. Sicilia primò Trinacriae nomen fuit. Pre-
terea Sicania denominata est. Haec à principio patria
Cyclopum fuit, quibus extinctis, Aeolus regnum insu-
le occupavit: post quem singulae ciuitates in tyranno-
rum imperium concesserunt: quorum nulla terra fera-
cior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum
ceterorum crudelitate certabat: cuius moderatio haud
mediocrem fructum tulit. Quippe decedens, cum filios
paruulos reliquisset, tutclamq; eorum † Micetho, spe-
ctate fidei seruo commississet: tantus amor memoriae
eius apud omnes fuit, ut parere seruo, quam deserere
regis filios mallent: principesq; ciuitatis obliti digni-
tatis suae, regni maiestatem administrari per seruum
paterentur. Imperium Siciliae etiam Carthaginenses
tentauere, diuq; uaria uictoria cum tyrannis dimicauit:
ad postremum amisso Hamilcare imperatore cum ex-
ercitu, aliquantisper quicquere uicti. Medio tempore,
cū Rhegini discordia laborarent, ciuitas que per dis-
fensionem diuisa in duas partes esset, ueterani ab altera
parte, ab inuera urbe in auxilium uocati, pulsus ci-
uitate contra quos implorati fuerant, † ex inde ca-

fis

sis quibus tulerant auxilium: urbem cum coniugibus et
liberis sociorum occupauere, ausi facinus nulli Tyrano
comparandum. Quippe ut Rhegini melius fuerat
umci q; uicisse. Nam siue † autoribus captiuitatis iure † uictoribus
seruissent, siue amissa patria exulare necesse habuis-
sent: non tamen inter aras & patrios lares trucidati
crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac li-
beris praedam reliquissent. Catanenses quoq; cum Syra-
cusanos graues paterentur, diffisi uiribus suis, auxiliū
ab Atheniensibus petiuere: qui seu studio maioris impe-
rij, quod Asiam Graeciamque penitus occuparant: seu
metu factae pridem à Syracusanis classis, ne Lacedae-
monijs illae uires accederent: Lamponium ducem cum
classe in Siciliam misere, ut sub specie ferendi Catanen-
sibus auxiliij, tentarent Siciliae imperium. Et quoniam
prima initia frequenter casis hostibus prospera fue-
rant: maiore denuo classe & robustiore exercitu † La-
chete & Chariade ducibus Siciliae petiuere. Sed Ca-
tanenses, siue metu Atheniensium, siue odio belli, pacē
cum Syracusanis, remissis Atheniensium auxilijs, fecerunt.
interiecto deinde tempore, cum fides pacis à Sy-
racusanis non seruaretur, denuo legatos Athenas mit-
tunt: qui sordida ueste, capillo barbaq; prolaxis: & om-
ni squaloris habitu ad misericordiam commouendam
† adquisito, cōcionem deformes aduunt. Adduntur pre-
eibus lachrymae: & ita misericordē populum supplices

Siciliēse bel-
lū, quo Atho-
nien sum res
sunt uehemē-
ter accisā.

† Lachete
ἐπιβοηθῶν, ἔπει-
λα ἔτι σικελί-
αυ, καὶ λόγῳ
ταῖς καὶ χα-
ρασίδης.
Thucyd. li. 3

Universidad de De-
Angulie
Siculitici.

Trinacria
A Thucyd.

autore Plin.
Triquetra e-
tiam dicta.

Aeolus.
Exemplum
iustitiae &
moderatiōis
Anaxilaus.

† Michilo

Vide infra
lib. 19.

Exemplum
crudelitatis
& perfidiae.

† mox

mouent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia dedu-

xerant. Igitur clas̄is ingens decernitur; creantur duces Nicias & Alcibiades & Lamachus: tantis que uiribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori essent, in quorum auxilia mittebantur. Breui post tempore, reuocato ad-

reatum Alcibiade, duo praelia pedestria secunda † Nicias & Lamachus faciunt. Munitioibus deinde circumdatis, hostes etiam marinis com meatibus in urbe clausos intercludunt. Quibus rebus fracti Syracusani, auxilium a Lacedaemonijs petiuerunt. Ab his mittitur

Gylippus solus quidem, sed qui instar omnium auxiliorum erat. Is audito genere belli, iam inclinato statu, auxilijs partim in Graeciam, partim in Siciliam con-

tractis, opportuna bello loca occupat. Duobus inde praelijs uictus, congressus tertio, occiso Lamacho, & hostes in fugam compulit, & socios obsidione liberauit. Sed cum Athenienses a bello terrestri in nauale se transferrent, Gylippus classem a Lacedaemone cum auxilijs accersit: quo cognito, & ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurimedonta cum

supplemento copiarum mittunt. Peloponnesij quoque communi ciuitatum decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere, & quasi Graeciae bellum in Siciliam transfatum esset, ita ex utraq; parte summis uiribus dimicabatur. Prima igitur congressione naualis certaminis

Athenienses uincuntur. Castra quoq; cum omni publi-

ca ac priuata pecunia amittunt. Super haec mala, cum praelio ad E-

etiam terrestri praelio uicti essent, tunc Demosthenes Piplas cui-

conferre coepit, ut abirent Sicilia, dum res, quamuis ad e-

sticta nondum tamen perditae forent: neque in bello ma-

lo auspiciato amplius per seuerandum esse: domi grauiora & forsitan infeliciora bella esse, in qua referuare hos urbis apparatus oporteat. Nicias seu pudore male

acte rei, seu metu destituta spei ciuium, seu impellente fato, manere contendit. Reparatur igitur nauale praelium, & a nimia prioris fortunae procella, ad spem certaminis reuocantur. Sed insecitia ducum, qui inter

angustias maris tuentes se, Syracusanos adgressi, facile uincuntur. Eurimedon dux in prima acie fortissime dimicans, primus cadit. Triginta naues quibus praefuerat, incenduntur. Demosthenes & Nicias, etiam ipsi uicti, exercitum in terram deponunt: tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his relictas C. & XXX. naues Gylippus inuasit: ipsos deinde insequitur fugientes, partim capit, caedit partim. Demosthenes amisso exercitu a captiuitate gladio & uoluntaria morte se uindicat.

Nicias autem, ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi confuleret, admonitus, cladem suorum auxit dedecore captiuitatis.

Universidad de
Nicias.
Alcibiades
Lamachus.
Thucy. li. 6.
Biblioteca

4 Nicias.
Gylippus,
Lamachus
Thucyd. re-
fert ante Gy-
lippi aduen-
tu occisum.
Naues in
supplemen-
tum missae
fuerunt tres
& septuagin-
ta.
Nauali pu-
gnae, ut Thu-
cyd. narrat,
non adfuit
Demosthe-
nes, sed in
terrestri &
nocturno.

Teucyd.
Miserrimam
Atheniensiu
cladem pluri-
bus descri-
bit eleganti-
sime Thuc.
in fine lib. 7:
Νικίας οὐκ ἔ-
πεισε τοὺς Ἀθ-
ηναίων, ἀλλὰ
τοὺς ἑλπίσας
Νικίας.
Variat auto-
res demor-
te Demo-
sthenis. Vi-
de Phitarch.



Platarchus
in vita Alci-
biadis hanc
hystoriam
narrat. Festa
Adonia ap-
pellat
Plutar.
Olympiadæ
sacerdotes
appellantur
à Probo.

† επιφώνημα.

Thucy. li. 7.

† cupiditæ

58 IUSTINI
IUSTINI HISTORICI
LIBER V.



VM Athenienses in Sicilia bel-
lum per biennium cupilius quam
feliciter gerunt, interim concis-
tator et dux eius Alcibiades ab-
sens Athenis insinulatur, mys-
teria Cereris, imitiorum sacra,
nullo magis, quam silentio fo-
lemnia enunciaffe: reuocatusq; à bello ad iudicium, sine
conscientiam, siue indignitatem rei non ferens, tace-
tus in exilium Eliden projectus est. Inde ubi non duma-
natione se tantum, uerum etiam Dijs per omnium sac-
cerdotum religionis deuotum cognouit, Lacedæmonia
se contulit: ibiq; regem Lacedæmoniorum impellit, tunc
batis Atheniensibus aduerso Sicilia proelio, ultro bel-
lum inferre. Quo facto, omnia Græciæ regna, uelut ad
extinguendum commune incendium concurrunt: tanta
odium Athenienses immoderati imperij et crudelitate
contraxerant. Darius quoq; rex Persarum memor
paterni uitij, in hanc urbem odij, facta cum Lacedæ-
monijs per Tissafernem præfectum Lydiæ societate,
omnem sumptum belli pollicetur. Et erat quidem hic
titulus cum Græcis coeundare autem uera timebat, ne
uictis Atheniensibus, ad se Lacedæmonij arma trans-
ferrent.

LIBER V.

ferrent. Quis igitur miretur tam florentes Athenien-
sum opes fuisse, cum ad opprimendam unam urbem to-
tius orientis uires concurrerent? Non tamen inerti ne-
que incruento cecidère bello: sed proeliati ad ultimum,
uictores etiam interdum, consumpti magis fortune ua-
rietate, quam uiuati sunt. Principio belli omnes etiam
ab his socij desierant, ut fit: QVO SE FOR-
TVNA, EODEM ETIAM FAVOR HO-
MINVM INCLINAT. Alcibiades quoque mo-
tum aduersus patriam bellum, non gregarij militis ope-
ra, sed imperatoris uirtutibus adiuuabat. Nemo acce-
ptis quinque nauibus, in Asiam contendit: et tribu-
tarias Atheniensium ciuitates, autoritate nominis sui,
ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clarum:
nec exilio uidebant factum minorem: nec tam ablatum
Atheniensibus ducem, quam Lacedæmonijs traditum:
parta que cum amissis imperia et pensabant. Sed apud
Lacedæmonios uirtus Alcibiadis plus inuidiæ, quam
gratiæ contraxit. Itaque cum principes, uelut amulum
gloriæ suæ, interficiendum insidijs mandassent: cogni-
tare, Alcibiades per uxorem Agidis regis, quam ad-
ulterio cognouerat, ad Tissafernem præfectum Darij
regis profugit, cui se celeriter officij comitate et ob-
sequendi gratia insinuauit. Erat enim et ætatis flo-
re, et formæ ueneratione, nec minus eloquentia etiam
inter Athenienses insignis: sed in conciliandis amici-
tiarum

Oidium Græcorum in Atheniensibus.

Thuc. τὸ πρῶτον γὰρ οὐκ ἔβραχον ἰστοῖς ἄλλοις.

† pensantem Vxori Tī. mea nomen fuit, quæ ex Alcibiade Leotychidæ peperit.

ἀλλοτρίων κατὰ τοὺς νόμους ἴδιον πᾶσι τῶν ἑσθλοῦν τῶν ἀλλοτρίων.

tiarum

A facillitate
moru appellat
a Plutarcho Came-
leon:

Alcibiadis de
Græcis a
consilium,
Oferuabis
autem variu
& vafrum
ingenium.

externis

Classis regia,
erant
Quinque
πρωτοκλας
στοκλας
κατοκλας

Thucyd. air
summa reru
no Senatui
concessam,
sed quadrin-
gentos vi &
armis impe-
rium occu-
passe.

tiarum studijs quam in retinendis uir melior, quia morum uicia sub umbra eloquentie primò latebant. Igitur persuadet Tissaforni, ne tanta stipendia classi Lacedæmoniorum præberet. Vocandos enim in portionem muneris Ionios, quorum pro libertate, cum tributa Atheniensium penderent, bellum susceptum sit. Sed nec auxilijs nimis emixè Lacedæmonios iuandos; quippe memorem esse debere, alienam se uictoriam, non suam instruere: & eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur. Nam regem Persarum, dissentientibus Græcis, arbitrum pacis ac belli fore: & quos suis non possit, ipsorum armis uicturum. Perfecto autem bello, statim ei cum uictoribus dimicandum. Domesticis itaque bellis Græciam obtinendam, ne & exterius uacet: exequandasque uires partium, & inferiores auxilio leuandos. Non enim quieturos post hanc uictoriam Spartanos, qui uindictas se libertatis Græciæ professi sunt. Gratia oratio Tissaforni fuit. Itaque comæatus malignè præbere, classem regiam non totam mittere, ne aut uictoriam totam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam ciuibus uendicabat: ad quem cum legati Atheniensium uenissent, pollicetur his amicitiam regis, si Respublica à populo translata ad Senatui foret: sperans, ut aut concordante ciuitate dux belli ab omnibus legeretur, aut discordantia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium uocaretur.

eretur. Sed Atheniensibus imminente periculo belli, maior salutis quam dignitatis cura fuit. Itaque permitte populo, imperium ad Senatui transfertur, qui cum insita genti superbia, crudeliter in plebem consuleret, singulis tyrānidis sibi potentiam uendicantibus, ab exercitu Alcibiades exul reuocatur, duxque classem constituitur. Statim igitur Athenas mittit, ex continenti se cum exercitu uenturum, recepturumque: à quadringentis iura populi, nisi ipsi redderent. Hac denūciatione optimates territi, primò urbem prodere Lacedæmonijs tentauere: deinde cum id nequissent, in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria liberata, summa cura classem instruit, atque ita in bellum aduersus Lacedæmonios pergit. Iam & Mindarus & Phárnabazus Lacedæmoniorum duces instructis nauibus expectabant. Prælio conuulso, uictoria penes Athenienses fuit: in eo bello maior pars exercitus, & omnes ferme hostium duces caesi. naues octoginta captæ. Interiectis quoque diebus, cum bellum Lacedæmonij à mari in terram transtulissent, iterato uincuntur. His malis fracti pacem petiere: quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum præstabat. Interea & Syracusanorum auxilia, illatum à Carthaginiensibus Sicilia bellum, domum reuocauit. Quibus rebus destitutis Lacedæmonijs, Alcibiades cum classe uictrici Asiam uisitat: multis locis prælia facit

Erat tum exercitus in Samo. Hactenus Thucy. iam Xenophon.

4 Zestromidarus.

Præliu hoc commissum est in Cyzico, in quo omnes hostiu præter Syracusanoru naues sunt capta.

Illustris uictoria Athenieniu. ad Cyzicum.

XXX. naues habet Pluta.

Regia de
scriptio recit
tus Alcibia
dis exulis in
patriam.

Univ.
Biblioteca

Laus Alci
biadis.

Sic Liuius
de Camillo
quocunq; se
intulisset, vi
ctoriam secū
haud dubiā
trahebat.

facit: ubique victor recipit ciuitates, quæ defecerant:
nonnullas capit, & imperio Atheniensium adiicit. At
que ita prisca nauali gloria uendicata, adiecta etiam
laude terrestris belli, desideratus ciuibus suis Athenas
reuertitur. His omnibus proelijs ducenta naues hosti
um, & præda ingens capta: ad hunc redeuntis exerci
tus triumphum, effusa omnis multitudo obuiam pros
cedit: & uniuersos quidem milites, præcipue tamen
Alcibiadem mirantur, in hunc oculos ciuitas uniuersa,
in hunc suspensa ora cõuertit. Hunc quasi de caelo mis
sum, & ut ipsam uictoriam contuentur: laudunt quæ
pro patria, nec minus admirantur, quæ exul contra
gesserit, excusantes ipsis iratum, prouocatum quæ se cis
se. Enimuerò tantum in uno uiro fuisse momenti, ut ma
ximi imperij subuersi, & rursus recepti autor esset:
& unde stetit, eò se uictoria transferret: fieret quæ
cum eo mira quedam fortuna inclinatio. Igitur omni
bus non humanis tantum: uerum etiam & diuinis enim
honoribus honorant: certant secum ipsi, utrum contra
meliosius eum expulerint, an reuocarint honoratius.
Ipsos illi Deos gratulantes tulere obuiam, quorum exe
crationibus erat deuotus. Et cui paulò antè omnem hu
manam opem interdixerant, eum, si queant, in caelo pos
suisse cupiunt. Explent contumelias honoribus, detri
menta muneribus, execrationes precibus. Non Siciliæ
illis aduersa pugna in ore est, sed gratiæ uictoria: non
classes

classes per illum amissæ, sed acquisitæ: nec Syracusanor
rum, sed Ionia Hellepontiq; meminerunt. Sic Alcibia
des nunquam mediocribus, nec in offensam, nec fauor
rem studijs suorum acceptus est. Dum hæc aguntur, a
Lacedæmonijs Lysander classi belloq; præficitur, &
in locum Tissafernis Darius rex Persarum filium suum
Cyrum Ionia, Lydiæq; præposuit: qui Lacedæmonios
auxilijs opibusq; ad spem fortune prioris erexit. Au
sti igitur uiribus. Alcibiadem cum centum nauibus in
Asiam profectum, dum agros longa pace diuites secu
rus populatur, & prædæ dulcedine sine insidiarum me
tu sparsos milites haberet, repentino aduentu oppres
sere: tantaq; cædes palantium fuit, ut plus uulneris eo
prelio Athenienses acciperent, quàm superioribus de
derant: & tanta desperatio apud Athenienses erat, ut
ex continenti Alcibiadem ducem, Conone duce com
mutarent: arbitrantes uictos se non fortuna belli, sed
fraude imperatoris: apud quem plus prior offensa ua
luisset, q̄ recentia beneficia. Vicisse autem cum priore
bello ideo tantum, ut ostenderet hostibus, quem ducem
spreuisent, & ut carius eis ipsam uictoriam uenderet.
Omnia enim credibilia in Alcibiade, uigor ingenij, &
uictorum amor, & morum luxuria faciebat. Veritus
itaq; multitudinis impetum, denuò in uoluntarium exi
lium proficiscitur. Itaque Conon Alcibiadi suffectis, ha
bens ante oculos cui duci successisset, classem maxima
indus

Lysander a
stuti & calli
di imperato
ris exemplū,
de quo uide
Plutar.

Hanc pugna
absente Alci
biade, ab An
tiocho eius
præfecto cõ
missam esse
ad portum
Ephesiorū,
refert Xen.

In uicij &
uirtutib. ni
hil fuit Alci
biade excel
lentius.
Prob.
Secundum
Alcibiadis
exilium.
Conon.

adornat. industria et exornat: sed nauibus exercitus deerat, formidissimis quibusq; in Asia populatione amissis. Armatus tamen senes, aut impuberes pueri: et numerus multum sine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello moram etas fecit: imbelles aut caduntur passim, aut fugientes capiuntur. Tantaq; strages aut occisorum, aut captiuorum fuit, ut Atheniensium delictum non imperium tantum, uerum etiam nomen uideretur. In quo proelio perditis et desperatis rebus, ad tantam incertam rediguntur, ut consumpta militari etate, peregrinis ciuitatem, seruis libertatem, damnatis impunitatem darent. Eaq; colluione hominum, domini ante Gracie, conscripto exercitu, uix libertatem tuebantur. Iterum tamen fortunam maris experiendam discernunt. Tanta uirtus animorum erat, ut cum patellam ante salutem desperauerint, nunc non desperent uictoriam. Sed neque is miles erat, qui nomen Athenien-

Maxima clades Atheniensium. Deseribit aut hanc pugnam egregie Xenoph. 4 Alij Euagoras aut dux.

ciuitates, quas metus dubie belli fortunæ in fide tenuerat, uoluntarias recepit: nec aliud ditioni Atheniensium præter urbem ipsam reliquit. Que cuncta cum Athenis nunciata essent, omnes relictis domibus per urbem discurrere pauidi, alius alium sciscitari, autorem nunciij requirere: non pueros imprudentia, non senes debilitas, non mulieres sexus et imbecillitas domi tenet: adeo ad omnem etatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deinde coeunt, atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Alij fratres, aut filios, aut parentes deslent, cognatos alij, alij amicos chariores cognatis: et cum priuatis casibus querelam publicam miscent. Iam seipos, iam ipsam patriam perituram, miserioresq; incolumium, quam amissorum fortunam udicantes, sibi quisque ante oculos obsidionem, famem, et superbium uictoremq; hostem proponetes. Iam ruinam urbis et incendia, iam omnium captiuitatem, et miseriam seruitutem recordantes: feliciores prorsus prioris urbis ruinas ducentes, que incolumibus filiis parentibusq; tectorum tantum ruina taxatae sint. Nunc autem non classem, in quam, sicuti pridem confugiant, superesse: non exercitum, cuius uirtute seruari pulchriora possent mœnia extruere. Sic deserta, ac propè perditæ urbi hostes superueniunt: et obsidione circumdatos et obseffos fame urgent. Sciebant enim neque ex aduectis copijs multum superesse: et ne noue aduechi

Victoria Ly sandri. Rhetorica descriptio trepidationis et imbecillitas

Obsidentur Athenæ a Ly sandro & Agida.

possent, prouiderant. Quibus malis Athenienses fructi, post longam famem & assidua suorum finera pacem petiuere. Que an dari deberet, diu inter Spartanos sociosq; deliberatum est. Cum multi delenda Atheniensium nomen, urbemq; incendio consumendam censerent: negarunt se Spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos, pacem polliciti, si demissa Pyraeum uersus muri brachia deicerint, nauesq; que rellæque foret, traderet resq; publica ex semetipsis XXX. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem, Lacedæmonij formandam Lysandro tradiderunt, in regnis hic annus & expugnatione Athenarum, & morte Darij regis Persarum, & exilio Dionysij Siciliae tyranni fuit. Mutato statu Athenarum, etiam ciuium conditio mutatur. Rectores XXX. Reipubl. constituntur, qui sunt tyranni. Quippe à principio tria milia sibi satellitum statuunt, quantum ex tot cladibus propè nec ciuium superauerat: & quasi paruus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset, septingentos milites à uictoribus accipiunt. Cædes deinde ciuium ab Alcibiade auspicatur, ne iterum Rempublicam sub obtentu liberationis inuaderet. Quem cum profectum ad Artaxerxem Persarum regem comperissent: citato itinere miserunt, qui eum interciperent. A quibus occupatus, cum occidi aperte non posset: uiuus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est. Liberati hoc ultoribus

Alcibiadis
interitus.

toris metu tyranni, miseris urbis reliquias cædibus & rapinis exhauriunt. Quod cum displicere uni ex numero suo Therameni didicissent, ipsum quoque ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex urbe passim omnium fuga: repleturq; Græcia Atheniensium exulibus, quod etiam ipsum auxilium unicum à miseris eriperetur. Nam Lacedæmoniorum edicto ciuitates exules recipere prohibebantur. Omnes se Argos & Thebas contulere. Ibi non solum tutum exilium egerunt, uerum etiam spem recuperandæ patriæ receperunt. Erat inter exules Thrasybulus uir strenuus, & domi nobilis: qui audendum aliquid pro patria & pro salute communi, etiam cum periculo ratus, adunatis exulibus, castellum Philen Atticorum finium occupat. Nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaque & Hismenias Thebanorū princeps, etsi publicis non poterat, priuatis tamen auxilijs adiuuabat. Et Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. Fit itaque asperum prælium: sed cum hinc pro patria summis uiribus, inde pro aliena dominatione & securus pugnaretur, tyranni uincuntur: uicti in urbem refugerunt, quam exhaustam cædibus suis, etiam armis spoliant. Deinde, quum omnes Athenienses proditoris suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachijs

Non crematum Plutar. scribit fed erupisse, & terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex urbe passim omnium fuga: repleturq; Græcia Atheniensium exulibus, quod etiam ipsum auxilium unicum à miseris eriperetur. Nam Lacedæmoniorum edicto ciuitates exules recipere prohibebantur. Omnes se Argos & Thebas contulere. Ibi non solum tutum exilium egerunt, uerum etiam spem recuperandæ patriæ receperunt. Erat inter exules Thrasybulus uir strenuus, & domi nobilis: qui audendum aliquid pro patria & pro salute communi, etiam cum periculo ratus, adunatis exulibus, castellum Philen Atticorum finium occupat. Nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaque & Hismenias Thebanorū princeps, etsi publicis non poterat, priuatis tamen auxilijs adiuuabat. Et Lysias Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos, in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. Fit itaque asperum prælium: sed cum hinc pro patria summis uiribus, inde pro aliena dominatione & securus pugnaretur, tyranni uincuntur: uicti in urbem refugerunt, quam exhaustam cædibus suis, etiam armis spoliant. Deinde, quum omnes Athenienses proditoris suspectos haberent, demigrare eos ex urbe iubent, & in brachijs

muri, quæ diruta fuerant, habitare, extraneis militibus imperium tuentes. Post hæc Trasibulum corrumpere, imperij societatem pollicentes, conantur: quod

ἀλλοτρίων δ' ἐν ταῖς αὐτῶν μέρουσιν
παραίτας τε ἔχει, ἵππεύμαχος δ' ἑὶ τῶν δ' ἰσχυρῶν ἀρχόντων, χαρμίδας δ' ἑὶ τῶν δ' ἄλλων περιβόλα μίλιοντα.

† Hippolochus.

Extat apud Xenophotē hæc oratio: ταῦτα δὲ κλέο κριτῶν δ' τῶν μυσθῶν κηρυξ, καὶ ἑμῶν ἄρχων ἐλάττω.

Tyranni ex urbe pulsi. X. prætores erant.

Pausanias restituit civitatem Athen.

cum non contigisset, auxilia Lacedæmonijs petiūdere. Quibus accitis iteratō præliantur.

In eo bello Critias & † Hippomachus, omnium tyrannorum seuissimi, cadunt. Ceteris uictis, cum exercitus eorum, ex quibus maior pars Atheniensium erat, fugeret, magna uoce Trasibulus exclamat, cur se uictorem fugiant potius, quam ut uindictam communis libertatis adiuent? Ciuium illam mimerint aciem, non hostium esse: nec se ideo arma cepisse, ut aliqua uictis adimat, sed ut adempta restituat: XXX. se dominis, uon ciuitati bellum inferre. Admo-

net deinde cognationis, legum, sacrorum communium, tum uetusti per tot bella commilitij: orat ut misereantur exilium ciuium, si tam patienter ipsi seruiant: reddant sibi patriam, accipiant libertatem. His uocibus tantum promotum est, ut reuersus in urbem exercitus, XXX. tyrannos emigrare Eleusina iuberet, substituitis X. qui Rempublicam regerent: qui nihil exente plo prioris dominationis territi, eandem uiam crudelitatis adgressi sunt. Dum hæc aguntur, nunciatur Lacedæmone, in bellum Athenienses exarsisse. Ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur: qui miseris

cordia

cordia exulis populi permotus, patriam miseris ciuibus restituit: & X. tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad ceteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta esset, interiectis diebus, repente tyranni non minus restitutos exules, quam se in exilium actos indignantur: quasi uerò aliorum libertas sua seruitus esset, & bellum Atheniensibus inferunt. Sed ad colloquium, ueluti dominationem recepturi, progressi, per insidias comprehensi, ut pacis uictimæ trucidantur. Populus quem emigrare iusserant, in urbem reuocatur. Atq; ita per multa membra ciuitas † dissipata, in unum tandem corpus redigitur: & ne qua dissensio ex ante actis nasceretur, omnes iure iurando obstringuntur, discordiarum obligationem fore. Interea Thebani Corinthijq; legatos ad Lacedæmonios mittunt, qui ex manubijs portionem præde communis belli periculi que peterent. Quibus negatis, non quidem apertè bellum aduersus Lacedæmonios decernunt, sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset. Eodem serè tempore Darius rex Persarum moritur, Artaxerxe & Cyro filijs relictis. Regnum Artaxerxi, Cyro ciuitates, quarum præfectus erat, testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria uidebatur. Itaque occultè aduersus fratrem bellum parabat. Quod cum nunciatum Artaxerxi esset: accersitum ad se fratrem, & innocentiam dissimulatione belli simulantem, compedi-

Tyranni trucidantur.

† diuisa. Constituitur Athenis.

ἀμνηστία κρημνιστικὸν δὴ μὲν δὴ ἀδύνατον εἶναι οὐτως ἐλάττω τῆς.

Darij mors. Lydia & Æmæritimas ciuitates, Pluta. Impium bellum duorum fratrum, Cyri & Artaxerxis.

bus aureis uinxit: interficissetq; , ni mater prohibuis-
set. Dimissus igitur Cyrus, iam non occulte bellum, sed
palam nec per dissimulationem, sed aperta professione
ne parare coepit: auxilia undique contrahit. Lacedæ-
monij memores Atheniensi bello enixè se eius opera
adiutos, uelut ignorantes contra quem bellum para-
retur, decernunt auxilia Cyro mittenda: ubi res eius
exegisset, querentes & apud Cyrum gratiam, & apud
Artaxerxem, si uicisset: ueniae patrocinia, cum nihil
aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello
fors prælij utriusq; fratrem pugnae obtulisset: prior Ar-
taxerxes à fratre uulneratur: quem cum equi fuga pe-
riculo subtraxisset, Cyrus à cohorte regia oppressus,
interficitur. Sic uictor Artaxerxes & præda fraterni
belli, & exercitu potitur: In eo prælio decem millia
Græcorum in auxilio Cyri fuere, que & in cornu, in
quo steterant, uicerunt: & post mortem Cyri, neq; ar-
mis à tanto exercitu uinci, nec dolo capi potuerunt.

Cyrus occi-
ditur.

Græcorum
virtus.

Reuertentesq; inter tot indomitas nationes, &
barbaras gentes per tanta itimeris spa-
tia, uirtute se usque terminos
patriæ defende-
runt.

IVSTI

IVSTINI HISTORICI

LIBER VI.



Acedæmonij more ingenij hu-
mani, quo plura habent, eò an-
pliora cupientes, non contenti
accessione Atheniensium opum
uires sibi duplicatas, totius Asiæ
imperium affectare ceperunt.
Sed maior pars sub regio Per-

sarum erat. Itaq; † Dercyllides dux in hanc militiam ele-
ctus, cum uideret sibi aduersus duos præfectos Arta-
xerxis regis, Pharnabazum & Thissaphernem, maxi-
marum gentium uiribus succinctos dimicandum, paci-
ficari cum altero statuit. Aptior uisus Tissaphernes,
uir & industria potior, & militibus Cyri quondam re-
gis instructor, in colloquium uocatur, & statutis con-
ditionibus ab armis dimittitur. Hæc rem Pharnabazus
apud communem regem † criminatur, ut Lacedæmo-
nios Asiam ingressos non repulerit armis, sed impensis
regijs aluerit: merceturq; ab his
ut differant bella, que gerant,
tanquam non ad unius summam
imperij detrimentum omne perueniat. Indignum, ait,
bellum non perfici, sed redimi: hostem precio, non ar-
mis summoueri. His uocibus regem Tissapherni alie-

E 4 naturam



† rvoim.
Herodorus.
† Eo p r f i u s o d a
† i s i u e p o d o s
† o i d u o d i m i n
† s t h u o s g u e

† Misso de
hac re lega-
to Conone,
aut. Aemil.

† rvo i o n i s t o p e r o d i s I a s a q i r o n y h i
† t i o p i n a i t o n a k o s q i r o d a i t a a u t s t i
† e r a u s h y n a t a t e p i m f a s , a p o t i m a n i a u t a

† t a n q u a m n o n a d u n i u s s u m m a m t a n e p a d i n e

542100

natum hortatur, ut in locum eius navalis belli ducem eligat Cononem Atheniensem: qui amissa bello patria, Cypri exulabat. Quippe Atheniensibus, etsi fractae sint opes, manere tamen navalem usum: nec, si eligendus sit ex universis, meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis, iussus est Conon a classi praesistere. His cognitis, Lacedaemonij & ipsi à rege Aegypti Hecymonem in auxilium navalis belli per legatos petunt: à quo centum triremes, & sex centum millia modiorum frumenti missa: à ceteris quoque socijs ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitui, & contra tantum ducem, deerat dignus imperator. Itaque postulantes socijs Agesilaum ducem, regem tunc Lacedaemoniorum, propter responsum oraculi Delphici, dñi Lacedaemonij, an eum summæ rei præponerent, deliberarunt: quibus futurum imperij finis denunciabatur, cum regum claudicasset imperium: erat enim pede claudus. Ad postremum statuerunt melius esse incelsu regem, quam imperio regnum claudicare. Postquam Agesilaum cum ingentibus copijs in Asiam misere, non facile dixerim, quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit. Quippe ætas, uirtus, consilium, sapientia utrique propè una. gloria quoque rerum gestarum eadem. Quibus cum paria omnia fortuna dederit, inuictum tamen ab altero utrunque seruauit. Magni igitur amborum apparatus belli, magnæ res gestæ fuerunt.

Agesilaus.

Oraculi de Agesilao, de quo Xenophon. lib. 3.

Agesilai & Cononis laus.

De apparatusu bellico Agesilai, Xenophon.

runt. Sed Cononem seditio militum inuadit, quos praesecti regis fraudare stipendio soliti erant, eò constantius debita poscentibus, quod grauiorem sub magno duce militiam praesumebant. Itaque Conon diu rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit: cuius adfectu & colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet. Agit tamen cum eo per interuencios: & queritur opulentissimi regis bella inopia dilabi: & qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia uinci, qua praestet inferiori, quae eum ea parte uirum inueniri, qua longè superior sit. Postulat sibi dari ministerium impense, quia pluribus id mandari perniciosum sit. Dato stipendio ad classem remittitur: nec moram agendis rebus facit. Multa fortiter, multa feliciter agit. Agros hostiles uastat, urbes expugnat: & quasi tempestas quaedam, cuncta prosternit. Quibus rebus territi Lacedaemonij, ad patriæ subsidium reuocandum ab Asia Agesilaum decernunt. Interim Lysander ab Agesilao proficiente dux patriæ relictus, ingentem classem summis uiribus instruit, fortunam belli tentaturus. Nec non & ipse Conon tunc primum cum hostium exercitu concursurus, magna cura suos ordinat. Summa igitur non tam ducum in eo praelio, quam militum emulatio fuit. Nam ipse dux Conon non tam Persis quam patriæ studebat: & sicuti adfectis Atheniensium rebus autor amisse dominationis

Persici reges adoratur, & profcynin vocat, Pluta.

Ducem commendatio.

Conon exemplum amoris & pietatis erga patriam.



nis fuerat, sic uolebat idem haberi redditæ: patriamque uincendo recipere, quam uictos amiserat: eo speciosius quod ne ipsorum quidem Atheniensium, sed alieni prelii uiribus dimicet: & pugnaturus periculo regis, uicturus premio patriæ, gloriæq; diuersis artibus, quam priores ciuitatis suæ duces consecuturus. Quippe illos uincendo Persas patriam defendisse, se Persas uictores faciendo restitutum patriam esse. Porro Lysander præter coniunctionem Agesilai, etiam uirtutum emulator erat: contendebatq; ne à rebus gestis eius & gloriæ splendore decederet: ne uel tot bellis ac seculis questum imperium, breuissimi momenti culpa subuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat, quos maior sollicitudo cruciabat, non tam, ne ipsi questitas opes amitterent, quam ut pristinas Athenienses reciperent. Sed quanto maius proelium fuit, tanto & clarior uictoria Cononis. Victi Lacedæmonij fugam capessunt, præsidia hostium Athenas deducuntur. Populo restituta dignitate cõditio seruilis eripitur. Multæ quoq; ciuitates recipiuntur. Hoc initium Atheniensibus resumendæ potentia, & Lacedæmonijs habendæ finis fuit. Namq; ueluti cum imperio etiam uirtutem perdidissent, contemni à finitimis cõpère. Primi igitur Thebani auxiliantibus Atheniensibus, bellum his intulere: quæ ciuitas ex finitimis incrementis, uirtute Epaminondæ ducis ad spem imperij Græciæ crecta est. Fie

Lysander.

Vincuntur Lacedæmonij, & restituitur pristina dignitas Atheniënsib. Conspiratio Græcorum aduersus Lacedæmonias.

itaque

itaque terrestræ proelium, eadem Lacedæmoniorum fortuna, qua pugnatum aduersus Conona nauali proelio fuerat. In eo bello Lysander, quo duce Athenienses uicti à Lacedæmonijs fuerant, interficitur. Pausanias quoque alter dux Lacedæmoniorum, proditiõis accusatus, in exilium abiit. Igitur Thebani potiti uictoria, uniuersum exercitum ad urbem Lacedæmoniorum ducunt, facilem expugnationem rati, quoniam deserti à socijs omnibus erant. Quod metuentes Lacedæmonij, regem suum Agesilaum ex Asia, qui ibi magnas res gerebat, ad defensionem patriæ accersunt. Occiso enim Lysandro, nullius alterius fiduciam ducis habebant. Cuius quoniam ferus aduentus erat, conscripto exercitu obuiam hosti procedunt. Sed uictis aduersus paulò antè uictores nec animi, neque uires pares fuere. Præma igitur congressione funduntur. Deletis iam suorum copijs, superuenit rex Agesilaus: qui restituto proelio, non difficulter recenti & multis expeditionibus indurato milite, hostibus uictoriam eripuit: ipse tamen grauius sauciatur. Quibus rebus cognitis Athenienses uerentes ne iterum Lacedæmonijs uictoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur, exercitum contrahunt: eumque in auxilium Bœotiorum per Iphicratem, uiginti quidem annos natum, sed magnæ indolis iuuenem, duci iubent. Huius adolescentis supra etatem uirtus admirabilis fuit: nec unquam ante eum

Lysandri interitus. Est aut dimicatum ad Hehartum in Bœotia. *ναυαγίας ἐφ' ἧς ἦν ἡ μάχη, ἡ ἰπιδεύθηος μίση τοι ἰκῆ νόσση.* Reuocatur Agesilaus.

Pugnatū est ad Coronæ.

Agesilaus sauciatur. Iphicrates egregij Imperatoris exempli huius militis ob militaris rei peritiam dicebantur Iphicrates.

Athea

ses quemad- Athenienses inter tot, tantosque duces, aut spei maioris, aut indolis maturioris imperatorem habuerunt: in quo non imperatoriae tantum, verum etiam oratoriae artes suere. Conon quoque audito reditu Aegislai, & ipse ex Asia ad populandos Lacedaemoniorum agros reuertitur. Atque ita undique belli formidine circumstrepente, clausi Spartani ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon vastatis hostium terris, Athenas pergit. Vbi magno civium gaudio exceptus, plus tamen tristitiae ipse, & ex incensa & diruta a Lacedaemonijs patria, quam laetitia ex recuperata post tantum temporis cepit. Itaque quae incensa fuerant, praedarum sumptu & exercitu Persarum restituit: quae diruta fuerant, refecit. Fatum illud Athenarum fuit, ut ante a Persis cremata, manubijs eorum, & nunc a Lacedaemonijs diruta, ex spolijs Lacedaemoniorum restituerentur: uersa quoque uice nunc haberent socios, quos tunc hostes habuerunt: & hostes nunc paterentur, cum nunquam legatos: quibus iuncti tunc arctissimis societatis uinculis fuerant. Dum haec aguntur, † Artaxerxes rex Persarum legatos in Graeciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere, qui aliter fecisset, cum se pro hoste habiturum. Ciuitatibus libertatem, suaque omnia restituit: quod non Graeciae laboribus, asiduisque bellorum inter ciues odijs consulens, fecit: sed ne occupato sibi Aegyptio bello, quod propter auxilia aduersus praefectos

Reficit patriam Conon.

† Alij Artaxerxes Persarum legatos: quibus iuncti tunc arctissimis societatis uinculis fuerant. Dum haec aguntur, † Artaxerxes rex Persarum legatos in Graeciam mittit, per quos iubet omnes ab armis discedere, qui aliter fecisset, cum se pro hoste habiturum. Ciuitatibus libertatem, suaque omnia restituit: quod non Graeciae laboribus, asiduisque bellorum inter ciues odijs consulens, fecit: sed ne occupato sibi Aegyptio bello, quod propter auxilia aduersus praefectos

suos Lacedaemonijs missa susceperat, exercitus sui in Graecia detinerentur. Festi igitur tot bellis Graeci, cupidè paruere. Hic annus non eo tantum insignis fuit, quod repente pax in tota Graecia facta est: sed etiam a Gallis caelo, quod eodem tempore urbs Romana a Gallis capta est. Sed Lacedaemonij securi insidiantes, absentiam Arcadium speculati, castellum eorum expugnant: occupatoque praesidium imponunt. Itaque armato instructoque exercitu, Arcades adhibitis in auxilium Thebanis, saepius bella repetunt. In eo praelio Archidamus dux Lacedaemoniorum uulneratur: qui cum caedi suos iam ut uideret, per praekonem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum apud Graecos uictoriae tradita: qua confessione contenti Thebani signum parcendi dedere: post paucis diebus, neutris quidquam hostile facientibus, cum quasi consensu tacito induciae essent, Lacedaemonijs alia bella aduersus finitimos gerentibus, Thebani Epaminonda duce occupanda urbis eorum spem ceperunt. Igitur principio noctis taciti Lacedaemonia profisciscuntur: non tamen adgredi incautos potuerunt. Quippe senes, & caetera inbellis aetas, cum aduentum hostium praesensissent, in ipsis portarum angustijs armati occurrunt: & aduersus quindecim millia militum non amplius centum iam effoete aetatis uiri, pugnae se offerunt. Tantum animorum, uiriumque patriae & penatum conspectus

suba



Pugna ad
Mátiñam.
o Reis sútos
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος

Epaminōda
mors apud
Mátiñam.
Cicer. lib. 5.
epist. Exem-
plū egregij
imperatoris
Epaminon-
das.
Vnus homo
pluris fuit, q̄
vniuersa ci-
uitas, Prob.

Subministrat: tanta que presentia, quam recordationi sui maiores spiritus largiuntur. Nam ut uiderunt, intra que & pro quibus starent: aut uincendum sibi, aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinere sententiam, cui par ante diem uniuersa iuuentus esse non potuit. In eo proelio duo duces hostium cecidere. Cum interim Agesilai aduentus nunciatur, Thebani recessere, ne bellum diu dilatatum. Siquidem Spartanorum iuuentus, senum uirtute & gloria incensa, teneri non potuit, quin ex continenti acie decerneret, cum uictor Thebanorum esset, & Epaminondas, dum non ducit tantum, uerum etiam fortissimi militis officio fungitur, grauer uulneratur. Quo audito, his ex dolenti metus, & illis ex gaudio stupor iniecitur: atque ita ueluti ex placito consensu a proelio disceditur. Post pauca deinde dies Epaminondas decedit: cum quo uires queque Reipublice ceciderunt. Nam sicuti telo, si primam aciem perfrigeris, reliquo ferro uim nocendi sustulisti: sic illo, ueluti mucrone teli, ablato duce Thebanorum, Reipublice uires hebetate sunt, ut non tam illum amississe, quam cum illo interisse omnes uiderentur. Nam neque ante huc ducem ullum memorabile bellum gessere: nec postea uirtutibus, sed cladibus insignes fuerunt: ut manifestum sit, patrie gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum, uir melior, an dux esset: nam & imperium non sibi semper, sed patrie

patrie que fuit: & pecunie adeo parcus fuit, ut sumptus funeri defuerint. Glorie quoque non cupidior, quam pecunie: Quippe recusanti omnia, imperia ingesta sunt. Honoresque ita gessit, ut ornamentum non accipere, sed dare ipsi dignitati uideretur. Iam literarum studium, iam philosophiae doctrina tanta, ut mirabile uideretur, unde tam insignis militiae scientia homini inter literas nato: neque ab hoc uite proposito mortis ratio dissensit. Nam ut relatus in castra semianimis, uocem spiritum que collegit, ad unum a circumstantibus requisiuit, num cadenti sibi scutum ademisset hostis: quod ut seruatum audiuit, adlatum uelut laborum glorieque socium osculatus est. Iterum que fuit utri uicissent. Ut audiuit, Thebanos: bene habere serem dixit, atque ita, uelut gratulabundus patrie, expirauit. Huius morte etiam Atheniensium uirtus intercidit. Siquidem amisso, quem emulari consueuerant, in segnitiam torporeque resoluti, non, ut olim, in classem exercitusque, sed in dies festos, apparatusque ludorum, reditus publicos effundunt: & cum actoribus nobilissimis, Poetis que theatra celebrant, frequentius scenam quam castra uisentes. Versificatores oratores que meliores, quam duces laudantes. Tunc uestigal publicum, quo ante milites & remiges alebantur, cum urbano populo diuidi coeptum est. Quibus rebus effertur, ut inter ocia Grecorum sordidum & obscurum antea Macedo

Epaminōda
comendatio

Simile est q̄
Liui. de Phi-
lopoemone
refert.

Ferunt hunc
dicere solitū
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος
ἐπιπέφωτος

Ludi Athe-
nis instituti

Philippus
obfes The-
bis ab Alex-
andro fratre de-
tus, Orofius

Macedonum nomen emergeret. Et Philippus obfes tri-
ennio Thebis habitus, Epanimonda & Pelopidarum
uirtutibus eruditus, regnum Macedoniae, Graeciae, &
Asiae ceruicibus, ueluti iugum seruitutis imponeret.

IVSTINI HISTORICI LIBER VII.

Macedonia
antè Ema-
thia.
An. CCCC.
ab vrbe con-
dita.
Tyrocinia
intelligit.
De regibus
Macedonū
Herod. lib. 8



Macedonia antè Emathia. An. CCCC. ab vrbe condita. Tyrocinia intelligit. De regibus Macedonū Herod. lib. 8. Bœotia dicebatur. Sed postea uirtute regum, & gentis industria, subactis primò finitimis, mox populis nationibusq; imperium usq; ad extremos orientis terminos prolātū est. In regione Pœoniae, quæ nūc portio est Macedoniae, regnasse fertur Telegonus pater Astriopæi, cuius Troiano bello inter clarissimos uindices urbis nomen accepimus. Ex alio latere in Europa, Europus nomine, regnū tenuit. Sed & Caranaus cum magna multitudine Græcorum sedes in Macedonia responso oraculi iussus querere, cum in Emathiam uenisset, urbem Edyffam, non sentientibus oppidanis propter inbrium

et nebule magnitudinem, gregem caprarum inbrem fugientium secutus, occupauit: reuocatus que in memoriam oraculi, quo iussus erat ducibus capris imperium querere, regni sedem statuit: religiosq; postea obseruauit, quocumque agmen moueret, antè signa easdem capras habere, coeptorum duces habiturus, quos regni habuerat auctores. Urbem Edyffam, ob memoriam muneris Aegæam: populum, Aegæades, uocauit. Pulso deinde Mida (nam is quoque portionem Macedoniae tenuit) alijsq; regibus pulsis, in locum omnium solus successit: primusq; adunatis gentibus, uariorum populorum ueluti unum corpus Macedoniae fecit: crescentique regno ualida incrementorum fundamenta constituit. Post hunc PERDICAS regnauit: cuius uita illustis, & mortis postrema ueluti ex oraculo præcepta memorabilia fuere. Siquidem senex moriens † Archæo. Geo filio monstrauit locum, quo condi uellet: ibiq; non sua tantum, sed etiam succedentium sibi in regnum ossa poni iussit: præfatus, quoad ibi condita posterorum reliquie forent, regnum in familia mansurum: credentq; hac superstitione extinctam in ALEXANDRO stirpem, quia locum sepulturae mutauerit. Argæus. Regis moderatè & cum amore populi administrato regno, successorem filium Philippum reliquit: qui immatura morte raptus, † Europum paruulum admodum instituit heredem. Sed Macedonibus assidua certami

Obserua-
diculum tra-
tagema Ca-
raui.

Edyssa Ae-
gæa & nō rōy
uī dīcta.

Perdicas.

† Archæo.
Perdicæ ora-
culum.

Argæus.

Philippus.
† Europum
legit Eusebius

Vnde Macedonia cum Thracibus & Illyrijs fuerit, quorum armis uel
 bellis quotidiana exercitio indurati, gloria bellicae laudis
 ca virtus. Macedones frequentissime uictimos terrebant. Igitur Illyrii infantiam regis pupil-
 presentiarum regis infantis in cunis ante
 aciem constituti, ad acris proelium accenduntur.

Interiecto, ut Euse. habet, Alceta. Alexandri laus.

lo regem Macedonibus, non uirtute defuisse. Huic Amynta
 succedit, & propria uirtute, & Alexandri filij egregia
 indole insigniter clarus: cui Alexandro tanta omnium
 uirtutum naturae ornamenta extiterunt, ut etiam Olympio
 certamine uario ludicrorum genere contenderit.
 Inter Paeratiastes. Plu. de Darij fuga ex Scyth. Her. lib. 4.
 Myrtales. Πιπρ ἀγγέλλει Μακεδονίῳ ἑσθλὰς ἐν τῷ αἰῶ-
 σος, ἀπὸ τῶν Ἰωνίων τῶν τε Ἰσθμίων ἀπὸ τοῦ Βασιλέως.

Cum interim Darius rex Persarum turpi a Scythibus
 fuga summotus, ne ubique deformis militiae damnis haer-
 beretur, mittit cum parte copiarum Megabazum ad subi-
 gendam Thraciam, caeteraque eius tractus regna, quibus
 pro ignobili momento erat accessura Macedonia, qui
 breui tempore executo regis imperio, legatis ad Amyntam
 regem Macedoniae missis, obsides in pignus

futurae

futurae pacis sibi dari postulabat. Sed legati benigne
 excepti inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam
 ut apparatus epularum adiciat ius familiaritatis, adhibitis in
 conuiuium suum filijs & uxoribus & filiabus, id apud
 Persas haberi pignus ac foedus hospitij. Qui ut uenerunt,
 petulantius Persis eas contrectantibus, filius Amyntae
 Alexander rogat patrem, respectu etatis ac grauitatis suae
 abiret conuiuio, pollicitus se hospitium tentaturum iocos.
 Quo digresso, mulieres quoque paulum e conuiuio
 euocat: cultius exornaturus, gratiores que reducturus.
 In quarum locum matronali exornatos habitu, iuuenes
 supponit, eos que petulantiam legatorum ferro, quod
 sub ueste gerebant, compescere iubet. Atque ita
 interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cum legati
 non redirent, mittit eum cum exercitus parte
 Bubarem, ut in bellum facile & mediocriter, dedignatus
 ipse ire, ne dehonoreretur proelio tam foede gentis.
 Sed Bubares ante bellum amore filiae Amyntae captus,
 omisso bello, nuptias facit: depositisque hostilibus
 animis, in affinitatis iura succedit. Post discessum a
 Macedonia Bubaris, Amyntas rex decessit, cuius filio,
 & successori Alexandro cognatio Bubaris non Darij tantum
 temporibus pacem praestitit, uerum etiam Xerxem
 conciliauit: adeo, ut cum Graecia ueluti tempestas
 quaedam occupasset, inter Olympum, Heliumque montes
 totius regionis eum imperio donauerit.

fmalo pensa-
 turu uel tem-
 peraturum.

Alexandri fa-
 ctum in lega-
 tos Persas:
 de quo copi-
 ose Hero. in
 1. 4. 1. 4. 8. 1.
 Bubares.

Filiae nomen
 erat Cygea-

Xerxis libe-
 ralitas in Ale-
 xandrum.

Amynte Alex-
andri Magni
aut proles.
† Arcgelai,
Euseb.

Philippi Ale-
xandri Magni
patris ge-
nus.

† Sic Euseb.
& Orof. le-
gunt, alij Ar-
chidæum.

Euridices
scelus.

Alexander
Philippi fra-
ter regnat.

Sed nec ulttute nimis, quam Persarum liberalitate re-
gnum ampliauit. Per ordinem deinde successiois re-
gnum Macedoniae ad Amyntam fratrem eius † Meno-
lai filium peruenit. Hic quoque insignis industria, &
omnib. imperatorijs uirtutibus instructus fuit: qui ex
Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum, Perdicam,
& Philippum, Alexandri Magni Macedonis patrem,
& filiam Euryonem. Ex Cygea autem Archelaum, &
Arydæum, Menelaum: qui cum Illyrijs, deinde & cum
Olynthijs grauius bella gessit. Insidijs autem Eurydices
uxoris, quæ nuptias generi pacta, occidendum uirum,
regnumq; adultero tradendum susceperat, occupatus
fuisse, ni filia pellicatum matris, & sceleris consilia
prodidisset. Functus itaque tot periculis, senex decessit,
regno maximo ex filijs, Alexandro tradito.

Philippus obses bis datus Thebanis. *Οὐδὲν δὲ παραλα-
βόντων τῶν πᾶσαι, τὸ ἐπαμειβόμενον παρὰ τὴν ἑσπερίαν
φίλον ἔχοντες ἐπαμειβόμενα, τῆς αὐτῆς ἐκείνων παύσεως τε καὶ
ἀγῶνις κ' οὐκ ἔστιν.*

Igitur Alexander inter prima initia regni, bellū ab
Illyrijs pacta mercede, & Philippo fratre dato obside
redemit. Interiecto quoq; tempore, per eūdem obsidentem
cum Thebanis gratiam pacis reconciliat: quæ res Phil-
ippo ad maxima incrementa egregie indolis † fuit. Si-
quidem triennio Thebis obses habitus, prima puerilitate
rudimenta in urbe seueritatis antique, & in domo Epā-
mionide, summi & philosophi, & imperatoris de-
posit.

† dedit.

suit. Nec multo post, Alexander insidijs Eurydices ma-
tris adpetitus, occumbit: cui Amyntas in scelere depre-
hensa, propter cōmunes liberos, ignarus eisdem quan-
doq; exitiosam fore, pepercerat. Frater quoq; eius Per-
dica pari insidiarum fraude decipitur. Indignum pror-
sus libidinis causa liberos a matre uita priuatos, quam
scelerum suorū supplicijs liberorū contemplatio uindi-
cauerat. Perdica hæc indignior cædes uidebatur, quod
ei apud matrem misericordiam nec paruulus quidem fi-
lius conciliauerat. Itaque Philippus diu non se regem,
sed tutorem pupulli egit. At ubi grauiora bella immine-
bant, serumq; auxilium in expectatione infantis erat,
compulsus a populo, regnum suscepit.

Philippo defertur imperium. *Οὐκ οὐκ δὲ ἔτι μὲν τῆς, καὶ
ἐκαστὸν δὲ τὸ φιλίππῳ μόνῳ δόσαντες ἰσχυροτέρως.*

Ut est ingressus imperium, magna de illo spes omni-
bus fuit: & propter ipsius ingenium, quod magnū spon-
debat uirum, & propter uetera Macedoniae fata, quæ
ceciderant, uno ex Amynte filijs regnante, florentissi-
mum fore Macedoniae statum: cui spei scelus matris hūc
residuum fecerat, Principio regni cum hinc cædes fra-
trum indignè peremptorū, inde hostiū multitudo, hinc
insidiarū metus, inde inopia continui belli, & exhausti
regni immaturā etatē tyronis urgeret: bellaq; uelut
conspiratione quadam ad opprimendam Macedoniam
multarum gentium ex diuersis locis uno tempore con-
fluebant: quoniā omnibus par esse non poterat, dispen-
sanda

sandraratus, alia interposita pactione componit; alia redemit facilimis quibusq; adgressis, quorum uictoria et militum trepidos animos firmaret, et contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum Atheniensibus, certamen fuit: quibus per insidias uictis metu belli grauioris cum interficere oēs posset, incolumes sine precio dimissit. Post hæc bello in Illyrios translato, multa milia hostium cecidit.

Demost. in prima oratione Olyn. Το πρώτον ἀμφίπολη λαβών μετὰ ταῦτα Νίδωρον, πάλιν ποτιδαίωρον, μετῴκησεν ἔπειτα βεβηδίας ἐπιπέμει δὲ ταῦτα φερῶν, ποταμοῦ, Μάγνησιον ἔσπευσε.

Urbem nobilissimam Larissam capit. Hinc Thessaliam, non prædæ cupiditate, sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitū adiungere gestiebat, nihil minus quàm bellum metuentem, improuisus expugnat: uinumq; corpus equitum, pedestriumq; copiarum inuicti exercitus fecit. Quibus rebus feliciter prouenientibus, Olympiadat Neoptolemi regis Molossorum filiam uxorem ducit, conciliante nuptias fratre patriuele, et tutore uirginis et Arymba rege Molossorū, qui sororem Olympiadis Troiadam in matrimonium habebat: quæ causa illi exitij malorumq; omnium fuit. Nam dum regni incrementa adfinitate Philippi acquiriturum se sperat, proprio regno ab eodem priuatus, in exilio consenuit. His ita gestis, Philippus iam non contentus summonere bella, ultrò etiam quietos lacepsit. Cùm Methonam urbem oppugnaret, in prætereuntem de muris sagittâ

Olympias
uxor Philip-
pi.
† Euruchæ
habet Oro-
fius.
† altore.
† Arisba.

Methonâ
Philippo ex-
pugnata.



iacâ, dextrum oculum regis effodit. Quo uulnere nec Exempla moderatiōis segnior in bellum, nec iracundior aduersus hostes facta in Philippo. etis est, ad eò ut interiectis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantum, uerum etiam mitis aduersus uictos fuerit.

I V S T I N I H I S T O R I C I
LIBER VIII.



Ræcie ciuitates, dum imperare singula cupiunt, imperium omnes perdidit. Quippe in nutuum exitium sine modo ruentes, ab omnibus uictæ percreta: quid singula amitterent, non, nisi oppresse, senserūt. Siquidem

Philippus rex Macedoniae, ueluti è specula quadam libertati omnium insidiatus, dum contentiones ciuitatum alit, auxilium inferioribus ferendo uictos pariter, uictoresq; subire regiam seruitutem coegit.

Thucydides libro 3.

Εἰπέ τῶν πρῶτων αἰῶν ἐν μέσσοις καὶ ἀνδραγαθῶν ἀποδοῦναι τὸ εὐπράξια ἔλθῃ. Ἐξ ἕβρις ἐρίπεν, τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τῶν ἀνθρώπων ἐτύχθη τὰ ἀσφαλίστα, ἢ παρὰ δόξαν, καὶ κατὰ πρᾶξιαν αἰετῶν ἔργων ἀπώθουνται. ἢ ἰούδα μονίαν διασώζονται.

Causa et origo huius mali, Thebani fuere, qui cum reorum potirentur, secundâ fortunâ imbecillo animo ferentes, uictos armis Lacedæmōios et Phocæses, quasi parua

supplicia cadibus & rapinis lussent, apud commune Græciæ concilium superbe accusauerūt. Lacedæmonijs erimmi datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent; Phocensibus, quod Eceotiam depopulati essent, prorsus quasi post arma & bellum, locum legibus reliquissent. Cum iudicium arbitrio uictorum exerceretur, tanta pecunia damnatur, quantæ exolui non posset. Igitur Phocenses, cum agris, liberis, coniugibusque priuaretur, desperatis rebus †Philomelo quodā duce, uelut deo irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites, cōducto mercenario milite, bellum Thebanis intulerūt: factūq; Phocensium, tametsi omnes execraretur propter sacrilegium, plus tamen inuidiæ Thebanis, à quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, q̄ ipsis intulit. Itaq; auxilia his et ab Atheniensibus & à Lacedæmonijs missa. ἡ δὲ πόλις ἔσθλη καὶ ἡ ἀγορὴ καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἱεροῦ

†Philomenes.

†Alij Aenomanus: quidam Aenomanus.

Prima igitur congressione †Philomelus Thebanos castris exiit. Sequenti prælio primus inter confertissimos hostes dimicans cecidit, & sacrilegij pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux †Onomarchus creatur: aduersus quem Thebani, Thessaliq; non ex ciuibus suis, ne uictoris potentiam ferre non possent; Stultum & imprudens Thebanorum consiliū in eligendo externo duce,

Sed Philippum Macedoniae regem ducem eligunt: & externæ dominationi, quam in suis timuerunt, sponte succedunt

succedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegij, non Thebanorum ultor esset, omnes milites coronas laureas sumere iubet: atque ita ueluti deo duce in prælium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis, conscientia delictorum territi, abiectis armis fugam capessunt: pœnasque uiolatæ religionis sanguine & cadibus suis pendunt. Incredibile, quantâ eares apud omnes nationes Philippo gloriam dedit. Illum uindictæ sacrilegij, illum ultorem religionū, quod orbis uiribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret, extitisse dignum. Itaq; dijs proximus habetur, per quem decorum maiestas uindicta sit. Sed Athenienses audito belli uentū, ne in Græciam Philippus transiret, angustias Thermopylarū pari ratione sicuti antea aduenientibus Persis, occupauerunt: sed nequaquam simili aut uirtute, aut causa. Siquidē tunc pro libertate Græciæ, nūc pro sacrilegio publico: tunc à rapina hostiū templā uindicturi, nūc aduersus uindices templorū raptores defensuri: aguntq; se pro pugnatōres sceleris, cuius turpe erat alios uindices fuisse, immemores prorsus, quod in dubijs rebus suis, illo deo etiam consiliorum autore usi fuerant: quod illo duce tot bella uictores inierant, tot urbes auspiciatō condiderant, tantū imperium terræ mariq; que fuerat: quod nihil sine maiestate numinis eius, aut priuata unquam aut publicæ rei gesserant. Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exulta, pulcherrimis le-

Obserua
Philippi con
filiū de lau
reis coronis.
Impietas.
punita.

Philippi
laus.

Athenienses
Thermopy
las occupat.

Arguit Athe
nienses im
pietatis.

ἡ δὲ πόλις ἔσθλη

† Alij, quod gibus institutisq; formata, ut † quid unde post hac succensere iure barbaris possint, non haberet. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe ueluti timens, ne ab hostibus sacrilegij scelere uinceretur, ciuitates, quarum paulò antè dux fuerat, quæ sub auspicijs eius militauerat, quæ gratulatæ illi, sibiq; uictoriam nocte fuerant, hostiliter occupatas diripuit.

Philippi scelera, quem egregie suis coloribus depingit Demosthenes Olynthiaca 2.

Hæc egit anno XXV. tanquam iratus dijs. Orofius.

Coniuges liberosq; omnium sub corona uendidit. Non deorum immortalium templis, nec ædibus sacris, non dijs penatibus publicis priuatisq; ad quos paulò antè ingressus hospitallyter fuerat, pepercit. Prorsus ut nõ tã sacrilegij ultor extitisse, q̃ sacrilegiorum licentiam quæsisse uideretur, inde uelut reb. egregie gestis, in Cappadocia trajicit: ubi bello pari perfidia gesto, captisq; per dolum, & occisis finitimis regibus, uniuersam prouinciã imperio Macedoniae adiuigit. Deinde abolendã inuidiã famã, qua insignis præter ceteros tunc temporis habebatur, per regna mittit: et opulentissimas ciuitates, & phana ac templa, qui opinionem sererent, regem Philippum magna pecunia locare, & muros per ciuitates, & phana ac templa faciendã, et ut per præcones, suscepturos sollicitarentur: qui cum in Macedonia uenissent, uarijs dilationibus frustrati, uim regie maiestatis timentes, taciti proficiscebantur. Post hæc Olynthios aggreditur,

Olyu-

Olynthium Philippus per prodicionem corruptis urbis principibus, Laethene & Euthycrate, capit.

Ferant dicere solitum, nullam urbem tam esse munitam, quin si in eam afinus auro onustus ingredi possit, expugnari queat.

Receperant enim per misericordiam post eadem uenios, duos fratres eius, quos Philippus ex nouerca genitos, ueluti participes regni interficere gestiebat. Ob hæc igitur causam urbem antiquam & nobilem excindit, & fratres olim destinato supplicio tradit: prædaq; ingenti, pariter & parricidij uoto fruitur. Inde quasi omnia, quæ agitasset animo, ei licerent, auraria in Thessalia, argenti metalla in Thracia occupat. Et ne quod ius uel fas inuiolatum prætermitteretur, piraticam quoque exercere instituit. His ita gestis, fortè euenit: ut eum fratres duo reges Thraciæ, non contemplatione iustitiæ eius, sed inuicem metuentes, ne alterius uiribus accederet: disceptationum suarum iudicem eligerent.

Philippi iniustitia. Estq; similis in dirimenda lite leoni Aesopico in præda partieda. Etiam uita spoliatos Orofius scribit. Legatio Athenientum ad Philippum pro pace petenda: de qua Demosthenes in oratione περὶ τῆς εἰρήνης. Sed Philippus more ingenij sui, ad iudiciũ ueluti ad bellũ, inopinãtib. fratrib. instructo exercitu superuenit: et regno utruq; nõ iudicis more, sed fraude latronis ac scelerè spoliavit. Dũ hæc aguntur, legati Athen. petentes pacẽ, ad eũ uenerunt: quibus auditis, et ipse legatos Athenas cum pacis cõditionibus misit: ibiq; ex cõmodo utrorumq;

pacẽ

Veteratoris
exemplum.

Univ. Paris.
Bibliotheca

pax facta. Ex ceteris quoque Græcie ciuitatibus, non pacis amore, sed belli metu legationes uenere. Siquidem crudescente ira Thebani Bceotijq; orāt, ut professum aduersum Phocenses duces, Græcie exhibeat: tanto odio Phocensium ardent, ut obliui cladium suarum, perire ipsi q̄ non perdere eos præoptarent: expertamq; Philippi crudelitatem pati, qudm parcere hostibus suis mallent. Contra Phocensiu legati adhibitis Lacedæmonijs & Atheniensibus, bellum deprecabantur: cuius ab eo dilationem ter iam emerāt. Poedum prorsus, miserat diuinq; spectaculum, Græciam etiam nunc & uiribus & dignitate orbis terrarum principem, regum certè gentiumq; semper uictricem, & multarum adhuc urbium dominam, alienis excubare sedibus, aut rogantem bellum, aut deprecantem, in alterius ope oēm spē posuisse.

Ἐπίφρασε τῶν Φοκίων ἡ πόλις ἰσορροπία τῶν ὄτων καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο τὸ πᾶν ἰσορροπία. Herodotus.

Orbis terrarum iudices eò usq; discordia sua, ciuilibusq; bellis redactos, ut adulētur ultrò sordidam paulò ante clientela sue partem: & hoc potissimum facere Thebanos Lacedæmoniosq; antea inter se imperium, nunc Græcie imperantis amulos. Philippus inter hæc uendicatione glorie sue, tantarum urbium fastigium agitat, atq; utros potius dignetur, æstimat. Secretò igitur auditis utrisque legationibus, his ueniam belli pollicetur, iurciurando adactis, responsum nemini proditur

ros

ros: illis contra uēturum se, auxiliumq; laturum: utroque uecat parare bellum, aut metuere. Sic uariato reposito securis omnibus, Thermopylarum angustias occupat. Tunc primum Phocenses se captos fraude Philippi animaduertētes, trepidi ad arma confugiūt. Sed neq; spaciū erat instruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia: & Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. Victi igitur necessitate, pacta salute se dedit. Sed pactio eius fidei fuit, cuius antea fuerat deprecati belli promissio. Igitur cādūt passim, rapiunturq;: nō liberi parentibus, non coniuges maritis, non deorum simulachra templis suis relinquuntur. Vnum tantum mihi solatium fuit: quòd cum Philippus portione præde socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos uiderunt. Reuersus in regnum, ut pecora pastores, nūc in hybernos, nunc in æstiuos saltus traiciūt: sic ille populos & urbes. Ut illi uel replenda, uel derelinquenda queq; loca uidebantur, ad libidinem suam transfert: miseranda ubiq; facies, & excidio similis erat. Nō quidem pauor ille hostilis, nec discursus per urbem militum erat: non tumultus armorum, non honorum, aut hominum rapina, sed tacitus mæror, & luctus: uerentibus ne ipse lacrima pro contumacia haberentur. Crescit dissimulatiōe ipsa dolor: hoc altius dimissus, quò minus profiteri licet. Nunc sepulchra maiorum, nunc ueteres penates, nunc tecta, in quibus geniti erant, in quibusq;

genitæ



Legati Phocensium.

Ἐπίφρασε.

Arri indignitate.

Philippi fraus & perfidia.

Phocensium calamitas.

Philippis uictoria suorum.

genuerant, considerabant. Miserantes nunc uicē suam, quod in eam diem uixissent: nunc filiorum, quod non post eam diē nati essent. Alios populos in finibus ipsis hostibus opponit, alios in extremis regni terminis statuit: quosdam bello captos in supplementis urbium diuidit. Atque ita ex multis gentibus, nationibusq; unum regnum populūq; constituit. Compositis ordinatisq; Macedoniae rebus, Dardanos, ceterosq; finitimos fratres de captis, expugnat. Sed nec a proximis manus abstinet. Siquidem Arymban regem Epiri, uxori suae Olympiadi arctissima cognatione iunctum, pellere regno statuit: atque Alexandrum priuignum eius, uxoris Olympiadis fratrem, puerum honestae pulchritudinis, in Macedoniam nomine sororis accersit: omniq; studio sollicitatum in spem regni, simulato amore, ad stupri consuetudinem perpulit, maiora in eo obsequia habiturus, siue conscientiae pudore, siue regni beneficio. Igitur cum ad XX. annos peruenisset, ereptum Arymbae regnum puero admodum tradit: scelestus in utroq;

Nam nec in eius cognationis seruauit, cui ademit regnum: & eum cui dedit, impudicum fecit ante, quam regem.

IVSTI



IN Graecia Philippus cum uenisset, sollicitatus paucarum ciuitatum direptione, & praeda modicarum urbium, quantae opes uersarum essent animo prospiciens, bellum toti Graeciae inferre statuit. Ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus, si sibi Bizantium nobilem, & maritimam urbem, receptaculum terra mariq; copiis suis futurum, in potestatem redegisset. Eandem claudentem sibi portas, obsidione cinxit. Haec namq; urbs condita primo a Pausania rege Spartanorum, & per septem annos possessa fuit. Deinde uariante uictoria, nunc Lacedaemoniorum, nunc Atheniensium iuris habita est. Quae incerta possessio effecit, ut nemine quasi suam auxiliis iuuante libertate constantius tueretur. Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus, pecuniae commercium de piratica mutuatur. Captis itaque centum septuaginta nauibus mercium & distractis, anhelantem inoptant paululum recreauit. Deinde nec unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur, profectus cum fortissimis, multas Chersonensium urbes expugnat. Bizantium oppugnatur a Philippo, quod Perinthijs auxilia miserint. Constantinopolis deinde dicta. Orosius. Bizantium a quo conditum Piraticam exercet Philippus.

† Cheronensium.

Filium

Exemplum
Impietatis et
ga cognatos

† manus.

Philippi sce-
lera.
In mercede
perpetrati
stupri, Oro-
sius.

Cum oēs occisum putarēt, praeda amissa est. Ita Scythica uelut deuota spolia penē luctuosa Macedonib. fuerūt. Bellum Atheniensibus à Philippo illatum, de quo Diodorus Demosthenes sua eloquentia Thebanos ad belli societatem cum Atheniensibus suscipiendam pertraxit.

Vbi uerò ex uulnere primum conualuit, diu dissimulatum bellū Atheniensib. infert. Quorum causa Thebanis se iuxere, ne uictis metuentes Atheniensib. ueluti uicinum incendium belli ad se transfret. Facta igitur inter duas pauld ante infestissimas ciuitates societate, legationibus Graeci in fatigant: cōmune hostem putant communibus uiribus summouendum. Neq; enim cessaturum Philippum, si prospere prima successerint, ni oēm Graeciam domuerit. Motae quaedam ciuitates Atheniensibus

se iungunt. Quasdam autē ad Philippum belli metus traxit. Praelio commisso, cum Athenienses longē maiore militū numero praestarent, assiduis bellis indurata uirtute Macedonū uincuntur: non tamen immemores praesentis gloriae cecidere. Quippe aduersis uulneribus oēs loca que tuenda à ducibus acceperant, merientes corporibus texerunt. Hic dies uniuersae Graeciae et gloriae dominationis, et uetustissimae libertatem finijt. Huius uictoriae callide dissimulata letitia est. Deniq; non solita sacra Philippus illa die fecit: non in cōuiuio risit: non ludos inter epulas adhibuit: non coronas aut unguentis sumpsit: et quantum in illo fuit, ita uicit, ut uictorē nemo sentiret. Sed nec regē se Graeciae, sed ducem appellari iussit.

iussit. Atq; ita inter tacitam letitiam, et dolorem hostium temperauit, ut neque apud suos exultasse, neq; apud uictos insultasse uideretur. Atheniensib. quos passus infestissimos fuerat, et captiuos gratis remisit, et bello consumptorū corpora sepulturae reddidit: reliquiasq; funerū ut ad sepulchra maiorū desurreret, ultrò hortatus est: super hac Alexandrū filium cum amico Antipatro, qui pacem cum his, amicitianq; iugeret, Athenas misit. Thebanorū porrò nō solum captiuos, uerū etiam interfectorū sepulturae uendidit. Principes ciuitatis alios securi percussit, alios in exiliū redegit: bonasq; omnium occupauit, et pulsos deinde per iniuriam in patriā restituit. Ex horū numero CCC. exules iudices, rectoresq; ciuitati dedit. Apud quos cū potentissimi quique rei eius ipsius criminis postularētur, q. per iniuriā se in exiliū egressent, huius cōstantiae fuerunt, ut oēs se autores fateantur: meliusq; cum Republica actū cum dānati essent, q. cum restituti contenderent. Mira prorsus audacia: de iudicibus uitae necisq; suae, quemadmodum possunt, sententiam ferunt: contemnuntq; absolutionem, quam dare inimici possunt: et quoniam rebus nequeunt ulcisci, uerbis usurpant libertatem. Compositis in Graeciaribus, Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandū rerum praesentium statum euocari Corinthum iubet. Ibi pacis legem uniuersae Graeciae pro meritis singularū ciuitatum statuit, et consiliūq; omnium ueluti unū se-

Alexander Athenas mittit. Hoc erat à mortuo tributum exigere.

Sauitia Philippus in Thebanos.

et pulsos à ciuibus in patriam restituit, legit Orosius.

Liberi dicti exemplum.

Conuentus Graecorum in Corintho

et conciliūq; natum



omnium venatum ex omnibus elegit. Soli Lacedæmonij & legem
 & regem contempserunt: seruitutem non pacem rati,
 que non ipsis ciuitatibus conueniret, sed à victore ferretur.
 Auxilia deinde singularum ciuitatum describuntur: sine adiuan-
 dus ea manu rex oppugnante alio quo foret, seu duce illo bellum inferendum. Neque enim
 dubium erat, imperium Persarum his apparatibus peti.
 Summa auxiliorum CC. millia peditum fuere, & equitum XV. millia.
 Extra hanc summam, & Macedoniae exercitus erat, & confinis domitarum gentium
 barbaries. Initio ueris tres duces in Asiam Persarum iuris præmittit: Parmenionem, Amyntam, & Attalum:
 cuius sororem nuper, expulsa Alexandri matre Olympiade
 propter stupri suspicionem, in matrimonium acceperat.
 Interea dum auxilia à Grecia coeunt, nuptias Cleopatrie filie
 & Alexandri, quem regem Epiri fecerat, celebrat. Dies erat
 pro magnitudine duorum regum, & collocantis filiam, &
 uxorem ducentis, apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificencia deerat:
 ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus
 medius inter duos Alexandros, filium generumq; contederet,
 Pausanias nobilis ex Macedonibus, nemini suspectus
 adolescens, occupatum angustijs Philippum in transitu
 obruncat: dicti que letitie destinatum, factum luctu
 sineris facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis
 stuprum per iniuriam passus ab Attalo fuerat:

Apparatus bellicus in Persas.

Legati Philippi in Asia.

Olympias ob stupri suspicionem pulsa.

Nuptie Alexandri regis Epiri, & Cleopatrie filie Philippi.

† contederet. Philippus trucidatur à Pausania satellite propter Attali libidinem non putatam.

rat: cuius indignitati hæc etiam sceditas accesserat. Nam perductum in conuiuio, solutumq; mero, Attalus non suæ tantum, uerum & conuiuiarum libidini, ueluti scortum uile subicerat, ludibrium que omnium inter coæquales reddiderat. Hanc rem ægrè ferens Pausanias, querelam Philippo sepe detulerat. Cum uarijs frustrationibus non sine risu deferretur, & honoratum insuper ducatu aduersarium cerneret, iram in ipsum Philippum uertit: ultionemq; quam aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam, immis-
 sum ab Olympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse. Quippe non minus Olympiadem repudium, & prælatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoque regni æmulum fratrem ex nouerca susceptum timuisse: eoq; actum, ut in conuiuio antea primum cum Attalo, mox cum ipso patre iurgaret. Adeo, ut etiam stricto gladio cum Philippus consecratus sit, ægrèq; à filij cæde amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat: uixq; reuocanti mitigatus est patri, precibus que cognatorum ægrè redire compulsus. Olympias quoq; fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat: peruicisset que, ni filie nuptijs pater generum occupasset. His stimulis irarum utrique Pausaniam de-

Diodorus paulo aliter narrat.

Alexander cum matre fuisse parricidio.

Plut. in vita Alexandri refert, in ista contentione Alexandrum in Attalum poculū conieciisse.

Συμμά, qui-
bus ostendit
Olympiadis
caedis fuisse
coniciam.

Univ.
Biblioteca

Olympiadis
crudelitas.

Quo tempore
decesserit,
quam diure
regnauit.
Philippus.

impunitate stupri sui querentem, ad tantum facinus im-
pulsisse creduntur. Olympias certe fugienti percussori,
et quos quoque preparados habuit. Ipsa deinde audita
regis necē, cum titulo officij ad exequias ea nocte cur-
surisset, in cruce pendentis Pausanias capiti, eadem no-
cte qua uenit, coronam auream imponit: quod nemo
alius audere, nisi hæc, superstite Philippi filio, potuis-
set. Paucos deinde post dies reflexum corpus interfe-
toris super reliquias cremauit: et tumulum ei eodem
fecit in loco, parentariq; eidem quotannis incussa po-
pulo superstitione curauit. Post hæc Cleopatram, a qua
pulsam Philippi matrimonio fuerat, in gremio eius, pri-
us filia interfecta, sinire uitam suspendio coegit: specta-
culoq; pendentis ultione potita est, ad quam per parrici-
dium festinauerat. Nouissimè gladium illum, quo rex
percussus est, Apollini sub nomine Myrtalis consecra-
uit. Hoc enim nomen antè Olympiadis paruule fuit.
Que omnia ita palam facta sunt, ut timuisse uideatur,
ne facinus ab ea commissum non probaretur. Decessit
Philippus XL, et septem annorum, cum annis XXV.
regnasset. Genuit ex Larissa saltatrice filium Aride-
um, qui post Alexandrum regnauit. Habuit et multos
alios filios ex uarijs matrimonijs regio more susce-
ptos, qui partim fato, partim ferro periēre. Fuit rex
armorum, q̄ conuiuiorum adparatibus studiosior: cui
maxime opes erant instrumenta bellorum: diuitiarum
questu,

questu, quam custodia solertior: itaq; inter quotidiana Describit
nas rapinas semper inops erat. Misericordia in eo, et mores & in-
perfidia pari iure dilectæ. Nulla apud eum turpis ra- genium Phi-
tio uincendi: blandus pariter, et in gratia offensam sti- lippi.
mulare: insidiosus alloquio, qui plura promitteret quã
prestarct. In seria et iocos artifex. Amicitias utilita-
te, non fide colebat. Gratiam fingere in odio, instruere
inter concordantes odia, apud utrumque gratiam que-
rere, solennis illi consuetudo. Inter hæc eloquentia et
insignis oratio, acuminis et solertia plena, ut nec or-
natui facilitas, nec facilitati inuentionum deesset orna-
tus. Huic Alexander successit, et uirtute, et uitij pa-
tre maior. Itaq; uincendi ratio utriq; diuersa. Hic aper-
ta uel, ille artibus bella tractabat, Deceptis ille gaudere
hostibus, hic palam fufis. Prudentior ille consilio, hic
animo magnificentior. Iræ pater dissimulare ple-
rumque, et uincere: hic ubi exarsisset, nec dilatio ultio-
nis, nec modus erat. Vini nimis uterq; audius, sed ebrie-
tatis diuersa uicia. Patri mos erat, et de conuiuio in
hostem procurrere, manum conferre, periculis se te-
merè offerre. Alexander non in hostem, sed in suos sa-
uebat. Quamobrem Philippum sepe uulneratū præ-
lia remisere: hic amicorum interfecto conuiuio frequen-
ter excessit. Regnare ille cum amicis uolebat: hic in ami-
cos regna exercebat. Amari pater malle, hic metui. Li-
terarum cultus utriq; similis. Solertia pater maioris,

Philippi elo-
quentia.

Cōparatio
Philippi &
Alexandri.

hic fidei. Verbis atque oratione Philippus, hic rebus moderatior. Parcendi uictis filio animus & promptior, & honestior. Ille nec socijs abstinebat. Frugalitati pater, luxurie filius magis deditus erat. Quibus artibus orbis imperij fundamenta pater fecit, operis totius gloriam filius consummauit.

IVSTINI HISTORICI

LIBER X.

Filiorum Artaxerxis numerus. Plut. quatuor legitimos filios recenset, Dariū, Ariaspē, Arfacem, & Ochum. † quarum. CLX. habuit Plutare. † Ariaratas Agente Dariō annos XXX. Exemplū paternæ indulgentiæ. Cōsiliū interficiendi patris



te mutatur, per indulgentiam pater regem uiuus fecit; nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset: syncerius que gaudium ex procreatione capturus, si insignia maiestatis suæ uiuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consiliū cepit. Sceleratus fuisset, si solus parricidium cogitasset: tantò sceleratior, quòd in societatem facinoris adsumptos quinquaginta fratres

tres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo non solum sociari, uerum etiam fileri parricidium potuit: ut ex quinquaginta liberis nemo inuentus sit, quem aut paternæ maiestas, aut ueneratio senis, aut indulgentia patris à tanta immanitate reuocaret. Adco ne uile paternum nomen apud tot numero filios fuit, ut quorum præsidio tutus etiam aduersus hostes esse debuerat, eorum insidijs circumuentus, tutior ab hostibus, quàm à filijs fuerit? Causa parricidij sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro fraterno bello, cuius mentio supra habita est, Aspasiam patrem pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc patrem † cedere sibi sicuti regnum Darius postulauerat, qui pro indulgentia sua in liberos, primò facturum se dixerat; mox poenitentia ductus, ut honestè negaret quod temerè promiserat, Solis eam sacerdotio præfecit, quò perpetua illi ab omnibus uiris pudicitia imperabatur. Hinc exacerbatus iuuenis in iurgia primò patris erupit, Mox facta cum fratribus coniuratione, dum patri insidias parat, deprehensus cum socijs, poenas parricidij dijs paternæ maiestatis ultoribus dedit. Coniuges quoq; omnium cum liberis sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore cōtracto † cecidit, rex quàm pater felicior. Hereditas regni Ocho tradita: qui timens parem coniurationem, regiam

Ochum agitate p Arosam scribit Plutarch.

Insigne impietatis filiorum erga parentē exemplum.

Causa parricidij.

Locus cōmunis: Nimia indulgentia corrumpt liberos terredere.

Dianæ & Bathanæ, quam Anetim uocant, præfectam Plutare scribit.

Plut. in uita Artaxerxis. Artaxerxis mors.

Nat^o annos XCIII.

Qui cognominatus est Artaxerxis Euseb.

Ochus Per-

farum rex, cognatorum cæde, & strage principum replet: nulla
 propter cru- non sanguinis, non sexus, non ætatis misericordia per-
 delitantiæ motus, scilicet ne innocentiior fratribus parricidis hæ-
 Bagoa vene- beretur. Atque ita ueluti purificato regno, bellum Ar-
 no necatur. Diodorus. meniis infert. In eo, cum aduersus prouocatore[m] hos-
 Codoman- stium Codomanus quidam omnium fauore processisset,
 ob Iuan vir- hoste cæso uictoriam suis, pariter & propè amissam
 tutem Perfa- gloriam restituit. Ob hæc decora idem Codomanus præ-
 rum rex ele- etus & appellicitur Armenijs. Interiecto deinde tempore post mor-
 tus & appellatus Darius Ochi regis, ob memoriam pristinae uirtutis, rex
 De hoc pau- d populo constituitur, Darij nomine, ne quid regie
 ló aliter Dio- maieitati deesset, honoratus, bellum cum Alexandro
 dorus. t maiestatu Magna, diu uariante fortuna, magna uirtute gessit. Pos-
 t maiestatu- tremò uictus ab Alexandro, & a cognatis occisus, ut
 tam pariter cum Persarum regno finiuit.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XI.

Anno urbis
 condite
 CCCC.
 XXVI.
 Tumultus
 post Philippi
 mortem in
 castris,



N EXERCITV PHIL-
 lippi sicuti uarie gentes erant,
 ita eo occiso diuersi motus ante
 morum fuere. Alij quippe in-
 iusta seruitute oppressi, ad spem
 se libertatis erigebant. Alij te-
 dio longinquæ militiæ remif-
 sam

sam sibi expeditionem gaudebant. Nonnulli facem nu-
 ptijs filia accensam, rogo patris subditam dolebant.
 Amicos quoque tam subita mutatione rerum haud me-
 diocris metus ceperat, reputantes nunc prouocatum
 Asiam, nunc Europam nondum perdomitam: nunc Il-
 lyrios & Thracas, & Dardanos, ceterasq; barbaras
 gentes fidei dubia & mentis infida, Qui omnes popu-
 li si pariter deficiant, restiti nullo modo posse. His re-
 bus, uelut medela quædam, interuentus Alexandri su- Alexander.
 it: qui pro concione ita uulgus omne consulatus hortas-
 tus; pro tempore est, ut & metû timentibus demeret,
 & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos uigin-
 ti natus, in qua ætate ita moderatè de se multa pollici-
 tus est, ut appareret, plura eum experimentis reserua-
 re. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum præ-
 ter militiæ uacationem dedit. Quo factò tantum sibi fa-
 uerent omnium conciliauit, ut corpus hominis, non uir-
 tutem regis mutasse se dicerent. Prima illi cura pater-
 narum exequiarum fuit. In quibus ante omnia cædis
 conscios ad tumulum patris occidi iussit: soli Alexan-
 dro Lyncistarum fratri pepercit, seruans in eo auspici-
 um dignitatis suæ. Nam regem eum primus saluaue-
 rat. Aemulum quoque imperij Caranum fratrem ex no Caranus ne-
 uerca susceptum interfici curauit. Inter initia multas catur.
 gentes rebellantes compescuit. Orientes nonnullas scâ- Græciæ dux
 tiones extinxit, Quibus rebus erectus, tacito gradu in Alexander
 per Amph-
 Gra-

Siones cōsti Græciam contendit: ubi exemplo patris Corinthum
 tuat. De
 fenocatis ciuitatibus, dux in locum eius substituitur.
 Inchoatum demde à patre Persicum bellum adgredi-
 tur: in cuius apparatu occupato, nunciatur, Athenien-
 ses, Thebanos, & Lacedæmonios ab eo ad Persas dese-
 cisse: autorem que eius defectionis, magno auri pondere
 à Persis corruptum. Demosthenem oratorem extitisse,
 qui Macedonum delectas omnes cum rege copias à Tri-
 ballis adfirmauerit, producto in concionem autorem,
 qui in eo prelio, in quo rex ceciderat, se quoque uulne-
 ratum diceret. Quæ opinione mutatos omnium ferme
 ciuitatum animos esse, præsidia Macedonum obsideri.
 Quibus motibus occursum, tanta celeritate instrui
 eto parato que exercitu Græciam oppresit, ut quem ue-
 nire non senserant, uidere se uix crederent. In transitu
 hortatus Thebalos fuerat, beneficiorumq; Philippi pa-
 tris maternæq; sue cum his ab Aeacidarum gente nes-
 cessitudinis admonuerat. Cupide hæc Thebalis audie-
 entibus, exemplo patris dux uniuersæ gentis creatus
 erat, & uestigalia omnia, redditusq; suos ei tradiderat.
 Sed Athenienses sicuti primi descenderunt, ita primi pœ-
 nitere coeperunt: contemptum hostis in admirationem
 conuertentes, pueritiamq; Alexandri spretam antea,
 supra uirtutem ueterum ducum extollentes. Misit itaq;
 que legatis bellum deprecantur: quibus auditis, & gra-
 uiter increpatis, Alexâder bellum remisit. Inde Thebas
 exerc

Genus ma-
 ternum Ale-
 xandri.

Solebat em̄
 Alexandrum
 Demosthe-
 nes puerum
 appellare.
 Legati Athe

exercitum conuertit, eadem indulgentia usurus, si pa-
 nentium ad
 rem penitentiam inuenisset. Sed Thebani armis, non
 Alexandrum
 precibus, nec deprecatione nisi sunt. Itaque uicti, grauis
 inter quos
 fuit & Demo-
 sima quoque supplicia miserrimæ captiuitatis experti
 Athenes, qui
 sunt. Cum in concilio de excidio urbis deliberaretur,
 tamen ad re-
 gem cum re-
 Phocenses, & Plataenses, & Thessienses, & Orcho-
 liquis non
 peruenit.
 mœnij Alexandri socij uictoriæ que participes, excidi-
 Vincuntur
 um urbium suarum crudelitatem que Thebanorum rese-
 Thebani ab
 rebant, studia in Persas non presentia tantum, uerum
 Alexandro.
 etiam et uetera aduersus Græciæ libertatem increpan-
 tes. Quam ob rem & odium eos omnium populorum
 Græcorum
 esse, uel ex eo manifestari posse, quod iureiurando se
 odium in
 omnes obstrinxerint, ut uictis Persis Thebas dirue-
 Thebanos.
 rent. Adijciunt & scelerum priorum fabulas, quibus
 omnes scenas repleuerant, ut non presenti tantum per-
 fida, uerum & uetere infamia inuisi forent. Tunc Elea-
 Eleadæ ad
 das unus ex captiuis, data potestate dicendi, non à re-
 Alexandrum
 ge se descisse, quem interfectum audierint, sed à regis
 oratio.
 hereditibus: quicquid in eo sit admissum crudelitatis,
 non perfidiæ culpam esse, cuius tamen iam magna se
 supplicia dependisse. Delecta iuuentute, nunc senum sœ-
 minarum que sicuti infirmum, ita innoxium restare uul-
 gus ipsiusq; stupris contumelijsq; ita uexatum esse, ut
 nihil amarius unquam sint passi: nec iam pro ciuibus se,
 qui tam pauci remanserint, orare, sed pro innoxio pa-
 triæ solo, & pro urbe, quæ non uiros tantum, uerum
 etiam

etiam deos genuerit. Priuata etiam regem superstitione deprecatur, geniti apud ipsos Herculis, unde originem gēs Acacidarū trahat, Aētāq; Thebis à patre eius Philippo pueritia, rogat, urbi parcat, quae maiores eius partim apud se genitos deos adoret, partim educatos summæ maiestatis reges uiderit. Sed potentior fuit irā q̄ preces. Itaq; urbs diruitur. Agri inter uictores diuiduntur. Captiui sub corona uenduntur. Quorū precium non ex eminentium commodo, sed ex inimicorum odio exceditur: miseranda res Atheniensibus uisa. Itaq; portas respicijs profugorum, contra interdictum regis aperuere. Demosthenes recitatio in concione delupis, ouibus, & canibus apologeto, obtinuit ne dederentur: maxime uerō Demodes. Vide Plutarchum.

Quam rem ita grauititer tulit Alexander ut secundæ legatione, denuò bellum deprecantibus, ita demum remissit, ut oratores & duces, quorum fiducia toties rebelarent, sibi dedatur: paratisq; Atheniensibus, ne cogantur subire bellum: cōres deducta est, ut retentis oratoribus duces in exilium agerentur: qui ex continenti ad Dariū profecti, non mediocri momentum Persarum uiribus accessere. Proficiscens ad Persicum bellum, omnes cognatos ueræ suæ cognatos, quos Philippus in excelsiorem dignitatis locum prouehens imperijs præfecerat, interfecit. Sed nec suis, qui à ti regno uidebantur pepercit, ne qua materia seditionis, procul se agente, in Macedonia remaneret. Et reges stipendiarios conspectioris ingenij ad

nij ad commilitium secum trahit, seniores ad tutelam regni relinquit. Adunato deinde exercitu naues oneratur: unde conspecta Asia, incredibili ardore mentis accessus, duodecim aras deorum in belli uota statuit. Patroli & Mineruę trimonium omne suum, quod in Macedonia Europaq; habebat, amicis diuidit: sibi Asian sufficere præfatus. Prusquam ulla nauis littore excederet, hostias cedit, Pyrami. Q. Curtius.

petens uictoriam bello, quo toties à Persis petita Græcia ultor relictus sit: quibus longa iam satis & matura imperia contigissent, quorumq; tempus esset uices excipere melius acturos. Sed neq; exercitus eius alia, quam regis animorum præsumptio fuit. Quippe obliti omnes coniugum liberorumq; & longinque à domo militiæ Persicum aurum & totius Orientis opes, iam quasi suā de Macrob. prædam ducebāt: nec belli periculatorum, sed diuitiarum meminerant. Cū delati in continentem essent, primus Alexander iaculū uelut in hostilem terram iecit: armatusq; de nauis tripudiati similis profiliuit: atq; ita hostias cedit, precatus ne se regē illæ terre inuitæ accipiant. Inter parentandum cum Achillis statuam circumcurreret dixisse fertur: felicem illum esse, qui uiuus tam fidum amicum, mortuus tam egregium habuerit præconem.

† In illo quoque ad tumultos eorum, qui Troia: no bello occiderant, parentauit. Inde hostem petens, milites à populatione Asiæ prohibuit, parcendum suis rebus præfatus, nec perdenda ea, quæ possessuri uenerant. In exercitu eius fuere peditum XXXII. mil-

Proficiscit cum exercitu in Asiam Alexander. Patroli & Mineruę sunt aræ sacrae in ripa.

Hoc erat foecialium iure defungi: uide Macrob.

† tibi

lia



B. Excidium Thebanum. 30000. numero vendidit: pepercit tamen Pindaristipi, Plu.

Alexandrii cognatos crudelitas.

lia equitum IIII. millia quingenti, naues CLXXXVII. & Hac tam parua manu uniuersum terrarū orbem utrum sit admirabilius, uicerit, an adgredi ausus fuerit, incertum est: cum ad tam periculosum bellum exercitum legerit, non iuuenes robustos, nec primo flore etatis, sed ueteranos: plerosque etiam emerite militiæ, qui cum patre, patrius que militauerant, elegit, ut non tam milites quam magistros militiæ electos putares. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit: ut si principia castrorum cerneret, senatum te alicuius prisce Reipublice uidere diceret. Itaque nemo in proelio fugam, sed in hosteriam cogitauit: nec in pedibus cuiquam spes, sed in la-

Perfarū exercitus X. millia equitum, certis fuit. Contra, rex Persarum Darius, fiducia uisum, nil astu agere: adfirmans suis occulta consilia uisitorie furtiue non conuenire, nec hostem a regni finibus arce, sed in intimum regnum accipere: gloriosius ratus repellere bellum, quam non admittere. Prius pugna ad Gracanicū flumen Alexandri cum Persarum sexcenta millia militum fieri: que non minus arte Alexandri, quam uirtute Macedonum superata, terga uerterunt. Magna itaque cedes Persarum fuit. De exercitu Alexandri nouem pedites, centum uiginti equites cecidere. Quos rex imperisse ad ceterorum solatia humatos, statuis equestribus donauit, cognatisque; eorum immunitates dedit. Post uictoriam maior pars Asiæ ad eum defecit. Gessit & plura, bella cum

prefectis Darij, quos iam non tam armis, quam terrore nominis sui uicit. Dum hæc aguntur, interim indicio captiui ad eum defertur, insidias ei ab Alexandro Lyncestarum genero Antipatris, qui prepositus Macedoniae erat, parari. Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in uinculis eum habuit. Post hæc Gordium urbem petit: que Gordium posita est inter Phrygiam maiorem & minorem. Citius uerbis potiunde non tam propter prædam cupidum cepit, sed quod audiuerat in ea urbe in templo Iouis iugum plaustrum Gordij positum: cuius nexum si quis soluisset, eum tota Asia regnaturum, antiqua oracula cecimisse. Huius rei causa & origo illa fuit: Gordius cum in his regionibus bobus conductis araret, aues eum omninis generis circumuolare ceperunt. Profectus ad consulendos augures uicine urbis, obuiam in porta habuit uirginem eximie pulchritudinis: percontatusque eam, quem potissimum augurem consuleret: illa audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, resurgum ei portendi respondit: polliceturque se & matrimonij & spei sociam. Tam pulchra conditio, prima regni felicitas uidebatur. Post nuptias, inter Phrygas orta seditio est. Consulentibus de fine discordiarum, oracula responderunt, regi discordijs opus esse. Iterato querentibus de persona regis, iubentur eum regem obseruare, quem reuersi, primum in templum Iouis cundem

Gordij plaustrum.
Digressio de Gordij historia.

euntem plastro reperissent. Obuius illis Gordius fuit
 statimq; cum regem consuluit. Ille plastrum, quo ue-
 henti regnum delatum fuerat, in templo Iouis positum
 maiestati consecrauit regie. Post hunc filius Midare
 genuit, qui ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus,
 Phrygiam regionibus implicuit, quas tutior omni
 uita, quam armis fuit. Igitur Alexander capta urbe,
 cum in templum Iouis uenisset, iugum plastrum requis-
 uit: quo exhibito, cum capita loramentorum intra nos-
 tros abscondita reperire non posset, uiolentiùs oraculo
 usus, gladio loramenta cecidit: atq; ita resolutis ne-
 xibus latentia in nodis capita inuenit. Hoc illi agentis
 nunciatur, Darium cum ingenti exercitu aduentare.
 Itaq; timens angustias, magna celeritate Taurum trans-
 scendit. In qua festinatione quingenta stadia cursus fe-
 cit, cum Tharsum uenisset, captus Cidni fluminis amoeni-
 tate, per median urbem influentis, proiectis armis,
 plenus pulueris ac sudoris, in præfrigidam nudum un-
 dam se proiecit. Tum repente tantus neruos eius occu-
 pauit rigor, ut inclusa uoce, non spes modo remedij, sed
 nec dilatio periculi interueniret. Unus erat ex medicis
 nomine Philippus, qui solus remedium pollicere-
 tur. Sed & ipsum Pharnementonis pridè à Cappadocia
 misse epistole suspectum faciebant, qui ignarus infir-
 mitatis Alexandri, scripserat, à Philippo medico ut ca-
 ueret, Nam corruptum illum à Dario ingenti pecunia
 esse.

Darij aduen-
 tus.

Alexandri ce-
 leritas in oc-
 cupandis Py-
 lis, de quibus
 Q. Curtius.

Alexander
 incidit in gra-
 uem morbū.

Philippus
 Acarnan.

Alexandri
 medicus.

esse. Tutius tamen ratus dubie se fidei medici credere,
 quam indubitato morbo perire. Accepto igitur pocu-
 lo, epistolas medico tradidit: atque ita inter bibendum
 oculos in uultum legentis intendit. Ut securum cons-
 pexit, letior factus est, sanitatem que quarta die rece-
 pit. Igitur Darius cum CCC. milibus peditū, & C. mili-
 bus equitum in aciem procedit. Mouebat hæc multi-
 tudo hostium, respectu paucitatis sue Alexandrum.
 Sed interdum reputabat, quantas res cum tanta pau-
 citate gessisset, quantosq; populos fudisset. Itaque cum
 spes metum uinceret, periculosius differre bellum rat-
 us, ne desperatio suis cresceret, circumuectus suos, sin-
 gulas gentes diuersa oratione alloquitur, Myrios &
 Thracas opum ac diuitiarum ostentatione, Græcos ue-
 terum bellorum memoria, æternæ que cum Persis odij ac-
 cendebat: Macedones autem, nunc Europæ uictæ ad-
 monet, nunc Asiæ expetitæ: nec inuentas illis toto or-
 be pares uires gloriatur. Ceterum & laborum finem
 hunc, & gloriæ cimumulum fore. Atque inter hæc identi-
 dem consistere aciem iubet, ut hac mora consuescant
 oculis turbam hostium sustinere. Nec Darij segnis ope-
 ram ordinanda acie fuit. Quippe omnis ducum offi-
 cij, ipse omnia circumire, singulos hortari ueteris
 gloriæ Persarum, imperij que, perpetuæ à dijs immorta-
 libus datæ possessionis admonere. Post hæc prælium
 ingentibus animis committitur. In eo uterque rex uul-
 neratur.

Darij copia
 ad Iffum.

Oratio Ale-
 xandri ad
 milites.

Alexandri
 ncratur

dextrum feceratur. Tādū certamē anceps fuit, quo ad fugerat Darius. Exinde cædes Persarum secuta est. Cæsi sunt pedum unum & LX. millia, equitum decem millia, capti quadraginta millia. Ex Macedonibus cecidere pedestres CXXX. equites CL. In castris Persarum multum aurum, ceterarumq; opum inuentum.

Fuit in hac præda nihil sermioso quodam preciosius: de cuius usu amicis Consultantibus, imò hercle Alexander inquit, librorum Homeri custodia detur. Marri Darij nomen Syfigambi fuit.

Inter captiuos castrorū mater & uxor eademq; soror, et filiae duæ Darij fuere. Ad quas uisendas hortadasq; cū Alexander uenisset, cōspectis armatis inuicē se cōplexæ, uelut statim morituræ, complorationē ediderunt. Pro uolutæ deinde genibus Alexandri, non t̄ mortem, sed ut Darij corpus sepeliant, t̄ dilatione mortis deprecatur.

Exemplum clementiæ & moderatiōnis in Alexandro. Obserua diligēter quæ hic narrat Diodorus & Curtius. Motus tanta mulierū pietate Alexander, & Darij uiuere dixit, & timētibus mortis metu dimisit: easq; haberi, & saluari ut reginas præcepit. Filias quoque non sordidius dignitate patris sperare matrimonium iussit.

Post hæc opes Darij, diuitiarumq; adparatum contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primum luxuriosa conuulsiua, & magnificentiam cpularum sectari: tunc t̄ Barsenem captiuam diligere propter formæ pulchritudinem cepit: à qua postea susceptum puerum Herculem uocauit. Memor tamen adhuc Darij uiuere,

uiuere, Parmenionem ad occupandā Persicam classem, aliosq; amicos ad recipiendas Asiæ ciuitates misit: quæ statim audita fama uictoriæ ipsius, Darij præfectis cum auri magno pondere tradentibus se, in potestate uictorum uenerūt. Tunc in Syriam proficiscitur, ubi obuios cum insulis multos reges Orientis habuit. Ex his pro meritis singulorum, alios in societatem recepit, alijs regnum ademit, suffectis in loca eorum nouis regibus.

Abdolomius abiectæ & tenuis fortune homo, rex constituitur: *Ἰσίδωρος ὁ βασιλεὺς τῆς Περσίας* Xenophon.

Insignis præter ceteros fuit Abdolomius, rex ab Alexandro Sydoniæ cōstitutus: quem Alexander (cū operam ablocare ad puteos exhauriēdos, hortosq; irrigandos solitus esset) misere uitam t̄ exhibentem regem fecerat, s̄rctis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. Tyriorum ciuitas cū coronam auream magni ponderis per legatos, in titulum gratulationis Alexandro misisset, gratæ munere accepto, Tyrum se ire uelle ad uota Herculi reddenda dixit: cū legati rectius id eum in Tyro uetere & antiquiore templo facturus id eum in Tyro uetere & antiquiore templo facturus Iratus rex Tyrus obfideatur septem mensibus.

Arisit, ut urbi excidium minaretur: confestimq; exercitum insulo adplicato, nō minus animosis Tyrijs fiducia Carthaginiensium bello excipitur. Augebat enim Tyrijs animos Didonis exemplum, quæ Carthagine condita, tertiam partem orbis qua fisset: turpe ducentes, si foret



Luxuriant animi rebus plerunq; secundis. t̄ Mariam

Quæ circa Hierosolymam gesserit Alexander, refert Iosephus.

Abartomiæ exigentem

Αἰχμὴν ἔχουσαν ἀφορῶντας ἡντιωμίους ἀτυχεύουσαν.

minis suis plus animi fuisse in imperio querendo, quam sibi in tuenda libertate. Amota igitur inbelli etate Carthagine, & accersitis mox auxilijs, non magno post tempore per proditionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander, Aegyptum, Ciliciamque sine certamine recepit. Ad Iouem deinde Ammonem pergit, consulturus & de euentu futurorum, & de origine sua. Namq; mater eius Olympias confessa uiro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisce. Deniq; Philippus ultimo prope uite sue tempore, filium suum non esse palam predicauerat: quia ex causa Olympiada, uelut stupri compertam, repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per praemissos subornat antistites, quid sibi responderi uelit. Ingressentem templi statim antistites, ut Ammonis filium salutant. Ille letus dei adoptione hoc se patre censerii iubet. Rogat deinde, an omnes interfectores patris sui sit ultus: respondent patrem eius nec posse interfici, nec mori: regis Philippi peractam plane uultionem esse. Tertia interrogationem poscenti, uictoria omnium bellorum, possessionemq; terrarum dari respondent. Comitibus quoq; suis responsum, ut Alexandrum pro deo, non pro rege colerent. Hinc illi aucta insolentia, mirusq; animo increuit tumor, exempta comitate, qua & Graecorum literis, & Macedonum institutis didicerat.

Nam

Nam Iliadem una cum pugione semper sub puluino habebat, Plutarchus. Alexandria conditur. Inter paludem & mare, Curtius. Epistola Darij ad Alexandrum, de quibus uide Curtium.


Reuersus ab Ammone, Alexandria condidit: & coloniam Macedonum, caput esse Aegypti iubet. Darius cum Babyloniā profugisset, per epistolas Alexandrum deprecatur, redimendarum sibi captiuarum potestatem faciat: inq; eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in precium captiuarum, regnum omne non pecuniam petit. Interiecto tempore aliae epistolae Darij Alexandro redduntur, quibus filiae matrimonium & re- gni portio offertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit: uisq; supplicem uenire, & regni arbitria uictori permittere. Tum spe pacis amissa, bellum Darius reparat, cum quadraginta milibus peditum, & centum milibus equitum obuiam uadit Alexandro. In itinere nunciatur uxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse, eiusq; mortem illachrymatum Alexandrum, exequiasq; benigne profecutum: idq; eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse. Nam semel eam tantum Alexandro uisam esse, cum matre, paruulaisq; filiis eius frequenter consolarctur. Tunc Darius se ratus uere uictum, cum post tot praelia, & beneficijs ab hoste superaretur, gratumq; sibi esse si uincere nequeat, qd a tali potissimum uinceretur. Scribit itaq; & tertias epistolas, & gratias agit, quod nihil in suos hostile fecerit.

H 4

Tertius

Secundus ad parat Darij, & militum numerus. Vxor non erat fuit Statyra.

Alexandri humanitas.



Alexander Iouis filius appellatus.

Vnde Alexandro animus creuerit.

Tertio litera Darij ad Alexandrum, cum consultaretur de his conditionibus oblati, Parmenionem primum dixisse aiunt: Ego si Alexander essem, susciperem quae conceduntur. At Alexander rursus: Et ego, inquit facerem, si essem Parmenio.

Offert deinde maiorem partem regni usque ad flumen Euphratem, et alteram filiam uxorem, pro reliquis captiuis triginta millia talentorum. Ad hoc Alexander gratiarum actionem ab hoste superuacaneam esse respondit: nec a se quidquam factum in hostis adulatione, nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinaret: sed animi magnitudine, qua didicerit aduersus vires hostium, non aduersus calamitates contendere. Polliceturque se praestaturum ea Dario, si secundus sibi non par haberi uelit. Ceterum neque mundum posse duobus solibus regi: neque orbem summa duo regna saluo statu terrarum habere. Proinde aut deditioe eadem die, aut in postera aciem parat: et nec pollicetur sibi aliam, quam sit expertus, uictoriam. Postera die aciem producit. Tunc repente ante praecellum, confectum curis Alexandrum somnus arripuit. Cum ad pugnam solus rex decesset, a Parmenione egregie excitatus, querentibus somni causas omnibus inter pericula, cum etiam in ocio semper parcior fuerit, magno se metu liberatum ait: somnumque sibi a repentina securitate datum, quod liceat cum omnibus Darij copijs confluere, ueritum se longam belli moram, si Perse exercitum diuisissent, ante praecellum utraque acies hostibus spectaculo fuit. Macedones

Alexandri magnanimitas.

Solibus duobus mundum regere non posse.

Alexandri somnus.

cedones multitudinem hominum, corporum magnitudine, armorumque pulchritudinem mirabantur. Persae autem a tam paucis uicta suorum tot millia stupebunt. Sed nec duces circumire suos singulos cessabant. Darius uix denis armatis singulos hostes, si diuisio feret, euenire dicebat. Alexander Macedones monebat, ne multitudinem ho Alexandri adstentium, ne corporis magnitudine, uel coloris nouitate mouerentur: tantum meminisse iubet, cum ipsam se tertio pugnare: nec meliores factos putaret fuga, cum in acies secum tam triste memoriae cadum suarum, et tantum sanguinis de duobus praecellis fusi ferrent. Et quemadmodum Dario maiorem turbam hominum esse, sic uirum sibi. Horretur, spernant illam aciem auro et argento fulgentem, in qua plus praedae quam periculi sit, cum uictoria non ornamentorum decore, sed ferri uirtute queratur.

Acie praecellum Alexandri & Darij in Arbelis: seu, ut Plutarchus uult, Gaugamelis, quod cameli domum significat. Curtius Lyci non Cydni pontem fuisse inquit: quod magis placet.

Post haec praecellum committitur. Macedones in ferrum cum contemptu, toties a se uicti hostis ruebant. Contra, Persae mori quam uinci praeprobabant. Raro etiam ullo praecellio tantum sanguinis fuscum est. Darius cum uinci suos uideret, uoluit mori et ipse. Sed a proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam ut pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum intercluderetur: non ita facti suae uelle consultum ait, ut tot millia sociorum hostibus obijciat: debere et alijs fugae uiam patere, quae par-

Alexandri

victoria

de Delis

Tertia & vlti
manu victoria

Alexandri de

Dario.

Præda ex

Persis.

† alij 33.

Orolius aut

34. XL.

Persepolis ca

pitur metro

polis Perfarū

Curtius qua

tuor milia fu

isse refert

quem vide.

Miserabile

spectaculū.

Darius capit

ā præfectis

suis Bessō &

Nabarzane.

Exemplum

impieratis &

crudelitatis.

tuerit sibi. Alexander autem periculosissima quæq; ad
 grediebatur: & ubi consertissimos hostes acerrime pu
 gnare conspexisset, eò se semper ingerebat: periculorū
 sua esse, non militum uolebat. Hoc proelio Asia imperiū
 rapuit, quinto post acceptū regnum anno, cuius felicita
 tas tāta fuit, ut post hoc etiam nemo rebellare ausus sit,
 patienterq; Perse post imperium tot annorum, iugum
 seruitutis acceperunt. Donatis, refectis que militibus †
 XL. continuis diebus prædam recognoscit. In urbe de
 inde clausa † XL. milia talentorum inuenit. Expugnat
 Orolium autem Persepolis, caput Persici regni, urbem multis annis
 34. XL. illustrem, refert atq; orbis terrarum spolijs, que interi
 tu eius primum apparuerunt. Inter hæc obtingenti ad
 modum Græci occurrunt Alexandro: qui poenā captiui
 tatis truncata parte corporum tulerant, rogates, ut se
 cuti Græciam, se quoq; ab hostis crudelitate uindicaret.
 Data potestate redeundi, agros recipere maluerunt, ne
 non tam gaudium parentibus, quam detestandum sui con
 spectum reportarent. Interea Darius in gratiam uic
 toris, à cognatis suis aureis compedibus cathenis que
 in uico Parthorum Tanea uincitur. Credo ita dijs im
 mortalibus uindicantibus, ut in terra eorum, qui success
 suri imperio erant, Persarum regnum finiretur. Alexan
 der quoque citato cursu postera die superuenit. Ibi que
 cognouit Darium clauso uehiculo per noctem exportu
 tum. Iusso itaque exercitu subsequi, cum septem milibus
 equis

equitum fugientem insequitur. In itinere multa & pe
 riculosa prælia fecit. Emensus deinde multa milia pas
 suum, cum nullum Darij indicium reperisset, respiran
 di equis data potestate, unus ex militibus, dum ad fon
 tem proximum pergit, in uehiculo Darium, multis qui
 dem uulncribus confossum, sed spirantem adhuc inue
 nit: qui applicito captiuo, cum ciuem ex uoce cogno
 uisset, id saltem præsentis fortunæ solatium se habere di
 xit, quod apud intellecturum locuturus esset, nec inca
 sum postremas uoces emisurus. † Perferri hæc Alexan
 dro iubet, se nullis in eum meritorum officijs, maximo
 rum illi debitorum mori, quod in matre liberisq; suis re
 gum eius, non hostilem animum expertus, felicisq; ho
 stem, quam cognatos sortitus sit. Quippe & matri, ac
 liberis suis ab eodem hoste uitam datam, sibi à cognat
 is ereptam, quibus & uitam & regna dederit. Quam
 ob rem gratiam illi eam futuram, quam ipse uictor uo
 let, Alexandro referre se, quam solam moriens potest
 gratiam: precari superum & inferum numina & re
 gales deos, ut illi terrarum omnium uictori contingat
 imperium, pro se iustam magis, quam grauem sepul
 turæ ueniam orare. Quod ad ultionem pertineat, iam
 non suam, sed exempli, communem que omnium regum
 esse causam: quam negligere, illi & indecorum esse
 & periculosum, quippe cum in altero iustitia eius, in
 altero etiam utilitatis causa uersetur. In quam rem uni

Polystratus
 Macedo Da
 rium suorū
 telis confos
 sum reperit.

† Proferri.
 Mandata Da
 rij iam mori
 entis ad Ale
 xandrum.

Darij mors

Ea enim fidei
sacra est. Plinius XI. Fini-
tur Perfarū
imperium.

cum pignus fidei regio, dexteram se ferendam Alexandro dare. Post hæc porrecta manu expirauit. Que ubi Alexandro nūciata sunt, uiso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortem lachrymis profecutus est. Corpus que regio more sepeliri, & reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XII.

Quarta monarchia Macedonum seu Græcorū cū Alexandri- nis & Ptole- meis, dura- uit annos CCC.

Motus & bella in Macedonia.

† moribus



Lexander in persequendo Darij, amissos milites magnis funerum impensis extulit, reliquis expeditionis eius socijs XV. millia talentorum diuisit. Equorum maior pars astu amissa, mutilesq; etiā qui supersuerant facti. Pecunia omnis CLIII. millia talentorū ex uictoria nuper congesta, cūq; Parmenio præficitur. Dū hæc aguntur, epistole Antipatris à Macedonia redduntur, quibus bellum Agidis regis Spartanorum in Græcia, Alexandri regis Epiri in Italia, bellum Zopyrionis præfecti eius in Scythia, continebatur. Quibus uariè adfectus, plus tamen lætitiæ cognitis † mortibus duorum emulorum regum, quàm doloris amissi cum Zopyrione exer-

exercitus suscepit. Nanque post profectionem Alexandri, Græcia firmè omnis in occasionem recuperande libertatis ad arma cōcurrerat, autoritatē Lacedæmoniorū secuta, qui Philippi Alexandriq; pacē soli spreuerāt, et leges respuerāt. Dux huius belli Agis rex Lacedæmoniorū fuerat. Quē motū Antipater cōtractis militibus in ipso ortu oppressit. Magna tamē utriq; cædes fuit.

Egregium boni Imperatoris exemplum Agis, de cuius militari robore Diodorus Sicul. & Q. Curtius li. VI. ubi scribit V. M. & CCC. LX. Lacedæmoniorum, & CCC. Macedonum cecidisse.

Agis rex cum suos terga dantes uideret, dimissis satellitibus, ut Alexandro, si non felicitate par, uirtute non inferior uideretur, tantas strages hostium edidit, ut agmina interdum fugaret. Ad extremū etsi à multitudine uictus, gloria tamē omnes uicit. Porro Alexander rex Epiri in Italiam à Tarentinis auxilia aduersus Brutios deprecantibus sollicitatus, ita cupidè profectus fuerat, ut in diuisione orbis terrarum, Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens, & sibi occidens sorte cōtigisset, non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaq; q̄ ille in Asia & Persis habiturus. Huc accedebat, ut sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic respōsum Dodonæi Iouis urbem Pandosiam annemq; Acherusium prædixerant. Que utraq; cum in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam mili-

Lacedæmoniorū aduersus Antipatrorū bellum.

De Alexandro Epiri rege.

Oraculum Dodonæi Iouis de fatis Alexandri Epirotæ

tiam.

Ferrē fugi-
tō in mediā
fata ruitur.

Brundisium
conditum ab
Aetolis.

Βουρυαδης
Διοφιδους.

tiam cupidius elegerat. Igitur cum in Italiam uenisset, primū illi bellum cum Appulis fuit: quorum cognitio ut bis fato, breui post tempore, pacem et amicitiam cum rege corū fecit. Erat namq; tunc tēporis urbs Appulit Brundisium, quam Actoli, secuti dudū, fama rerū in Troia gestarū clarissimum ac nobilissimū ducem Diomedem condiderant. Sed pulsi ab Appulis consulentes oracula, responsū acceperāt, locum quē reperissent, perpetuū possessuros. Hac igitur ex causa per legatos sub belli cōminatione restitui sibi ab Appulis urbē postulauerāt. Fertur hic Alexander dixisse, cum aduersus Italos pugna- ret, se in viros, Alexandrum Magnum in feminas, Per- fas nempe, incidisse.

Sed ubi Appulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepeliunt, perpetuū ibi sedem habituros. Atque ita defuncti responso, diu urbem possederūt. Quod cum factum cognouisset Alexander Epiri, antiquitatis fata ueneratus, bello Appulorū abstinuit. Gessit et cū Brutijs Lucanisq; bellum, multasq; urbes cepit, tum et cum Metapontinis et Rutilis, et Romanis foedus amicitiamq; fecit. Sed Brutij Lucanisq; cum auxilia a finitimis cōtraxissent, acrius bellum repetuere. Ibi rex iuxta urbem Pandosiam et flumen Acheronta, non prius facta- lis loci cognitio nomine, quam occideret, interficitur. Moriensq; non in patria fuisse sibi periculosam mortē, propter quam patriam fugerat, intellexit. Corpus eius Tyrij publice redemptum, sepulturae tradiderūt. Dicitur haec

† Acherusū
Elegāter hac
historiam de
scribit Livi-
us li. 8. ab ur-
de condita.

haec aguntur in Italia, Zopyrion quoq; praefectus Pon- ti ab Alexandro Magno relictus, † occisum se ratus, si nihil ipse gessisset, adunato XXX. millium militū ex- ercitu, Scythias bellū intulit. Caesus cum omnibus copijs † occisum. poenas temerē illati belli genti innoxiae luit. Haec cum nunciata in Parthiam Alexandro essent, simulato mœ- rore propter Alexandri cognationem, exercitui suo tri- duū luctum indixit. Omnibus deinde, uelut Darij morte perpetrato bello, reditum in patriam expectantibus, coniuges et liberos suos animo iam quodammodo com- plectentibus, ad concionem exercitum uocat. Ibi nihil patriuro retin- et. actum tot egregijs praelijs ait, si incolumis orientalis barbaries relinquatur, nec se corpus, sed regnum Darij perisse: persequendosq; esse eos, qui a regno defecerint. Hac oratione uelut ex integro incitatis militū animis, Hyrcaniā Mardosq; subegit. Ibi ei occurrit Thalestris sine Minothea Amazonum regina cum CCC. milibus mulierū, XXV. dicrū inter infestissimas gentes, itinere confecto ex rege liberos quaesitura. Cuius conspectus aduentusq; admirationi fuit, et propter insolitū scemi- nis habitum, et propter expetitū concubitum. Ob hoc triginta diebus ocio † datis, a rege ut uisa est iterum † Alij, datis vt uita est. implese, discessit. Post haec Alexander habitum regum Persarum, et diadema insolitum antea in regibus Ma- cedonicis, uelut in leges eorum, quos uicerat transi- ret, adsumit. Quae ne inuidiosius et in se uno conspice- rentur.

De Zopyrio
ne occiso cū
exercitū a
Scythias.

† occisum.
Oratio Ale-
xandri ad mi-
lites, qua in
patria profes-
sionem retin-
net.

Thalestris A-
mazonum re-
gina Alexan-
drum sobolis
ex eo suscipi-
enda gratia
adijt.

† Alij, datis
vt uita est.

Secunda res sapientum animosam gat Pellices regis erant CCC LXX. Conuiuia fatierem latus interpo- lar. Curt. li. 6
 rentur, amicos quoque suos longam uestem auream purpureamque sumere iubet, ut luxum quoque sicuti cultum imitaretur Persarum. Inter pellicum regiarum greges electa pulchritudinis, nobilitatisque; nocturnum uices dicitur. His rebus ingentes epularum adparatus adijcit, ne ieiuna et destructa luxuria uideretur. Conuiuium quoque iuxta regiam magnificentiam ludis exornat, immemor prorsus, tantas opes amitti his moribus, non queri solere. Inter haec indignatio omnium totis castris erat, illum a Philippo patre tantum degenerauisse, ut etiam patriae nomen euitaret: moresque Persarum adsumeret, quos propter tales mores uicerat. Sed ne solus uicij corum, quos armis subegerat, succubuisse uideretur, militibus quoque suis permisit, si quarum captiuarum consuetudine tenerentur, ducere uxores: existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram, habentibus in castris imaginem quandam larium ac domesticam sedis: simul et laborem militiae molliorem fore dulcedine uxorum. In supplementa quoque militum minus exhaurire posse Macedoniam, si ueteranis patribus tyrones succederent, militaturi in uallo, in quo nati essent. constantioresque futuri, si non solum tyrocinia, uerum etiam incunabula in istis castris possissent: quae consuetudo in successores quoque Alexandri mansit. Igitur et alimenta pueris statuta et instrumenta armorum, equorum quoque iuuenibus data, et patribus pro-

numero filiorum praemia statuta. Si quorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum traherent, quorum pueritia inter uarias expeditiones militia erat. Itaque a paruula etate periculis laboribusque indurati, inuicti exercitus fuere: neque castra aliter, quam patriam: neque pugnam aliud unquam, quam uictoriam duxere. Haec soboles nomen habuit Epigoni. Parthis deinde domitis, praefectus his statuitur ex nobilissimis Persarum Andragoras: unde postea originem Parthorum reges habuerunt. Inter ea non Alexander regio, sed hostilio deo seuire in suos cepit. Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum, patris Philippi patriaeque mores subuertisse. Propter quae crimina Parmenion quoque senex, dignitate regi proximus, cum Philota filio, de utroque prius quaestionibus habitis, interficiuntur. Fremere itaque omnes uniuersis castris cepere: innoxij senis filijque casum miserantes, interdum se quoque non debere melius sperare dicentes. Quae cum nunciata Alexandro essent, uerens, ne haec opinio etiam in Macedoniam diuulgaretur, et ne uictoriae gloria seuitiae macula obfuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam uictoriarum nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem propter militiam remotiorem. Datis fasces epistolarum ad se tacite deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio, in unam cohortem, eos qui de re durius opinati fuerant, contri-

E π 170 v. Alexā dri cru delitas. Parmenio an norum 70. Vir militiae, domiq; clarus necatur cum filio Philota, de cuius eade de Curtius eleganter & copiose.

buit: aut consumpturus eos, aut in ultimis terris in con-
lonias distributurus.

Arimaspi *ἄριμασπί* dicti, quod Cyri exercitū frigore &
fame grauius adfectū, relictis & comitatibus iuueni-
Bellus datur Oxatri Darij fratri, grauiſſimo cruciatu di-
lacerandus. Disphendomena vocant: Plutarchus in vi-
ra Alexandri. De supplicij genere, quo Bellus affectus
fuerit, variē autores scribunt.

† Parapame-
nos.

† Adasprios.

Alexādria ad
nantū condit

Inde Dracas, Euergetas, Parymas, † Paropamisadas, †
Hidaspios, ceterosq; populos, qui in radice Cauſaci mo-
rabantur, subegit. Interea unus ex amicis Darij Bessus
uinctus perducitur, qui regem non solum prodiderat, ue-
rum etiam interfecerat. Quem in ultionē perfidia, ex-
cruciandum fratri Darij tradidit: reputans, non tam hos-
stem suum fuisse Dariū, quā amicū eius, a quo esset
occisus. Et ut his terris nomen relinqueret, urbem Ale-
xandriam super anem Tanūm condidit intra diem
XVII. muro VI. milium passuum consummato, transla-
tis eō trium ciuitatum populis, quas Cyrus condiderat.
In Bactrianis quoq; Sogdianisq; XII. urbes condidit: di-
stributis his quoscunq; in exercitu seditiosos habet. His
ita gestis solenni die amicos in conuiuium uocabat. Vbi
orta inter ebrios rerum a Philippo gestarum mētionē,
preferre se patri ipse, rerumq; suarum magnitudinē ex-
tollere cælo tenus cepit, assentante maiore cōiuiarum
parte. Itaque cum unus ex senibus Clytus ductus fiducia
amicitiæ regie, cuius palmā tenebat, memoriā Philippī

tueretur,

tueretur, laudaretq; eius res gestas, ad eō regem offen-
dit, ut telo a satellite raptō, eundem in cōiuiō trucidā-
uerit. Qua cæde exultās, mortuo patrociniū Philippī
laudēq; paternæ militiæ obiectabat. Postq̄ satiatus cæ-
de animus quieuit, & in locum iræ successit existimatio,
modō personā occisi, modō causam occidēdi cōsiderans,
pigere cum facti cepit, qui paternas laudes tam iracūde
accepiſſet, q̄ nec conuicia debuisset: amicūq; senem &
innoxium a se occisum, inter epulas & pocula dolebat.
Eodem igitur furore in poenitentiam, quo pridē in iram
uersus, mori uoluit. Primum in sletus progressus, am-
plecti mortuum, uulnera tractare, & quasi audienti
confiteri dementiam, arreptum telum in se uertit, per-
egisset que facinus, ni amici interuenissent. Mansit hæc
uoluntas moriendi cti. am sequentibus diebus. Acceſſe-
rat enim ad poenitentiam nutritis suæ, & sororis Cly-
ti recordatio, cuius absentis eum maxime pudebat, tam
fedam illi alimentorum suorū mercedem redditam, ut
in cuius manibus pueritiā egerat, huic iuuenis & ui-
etor pro beneficijs funera remitteret. Reputabat de-
inde quantū in exercitu suo, quantum apud gentes de-
uictas fabularum atq; inuidiæ, quantum apud ceteros
amicos metum & odium sui fecerit: quā amarum &
triste reddiderit conuiuium suum, non armatus in acie,
quā in cōiuiō sedens terribilior. Tunc Parmenion et
Philotas, tunc Amyntas consobrinus, tunc nouerca fra-

Inſigne cru-
delitatis exē-
plum in Ale-
xandro, qui
Clytū cuius
virtute in pu-
gnā ad Gra-
nicum serua-
tus erat, iam
senem in con-
uiuiō trans-
fodit.

Impotens &
immoderat⁹
in Alexandro
animus.
Furor iraque
mentem pre-
cipitant.

Thucides
Ναμίς δὲ οὐ τὰ
ἐναντιώτατα
ἐὐδελικῶν ἐστὶν,
τὰ ἄοδῶν, ἵνα
ἐπ' ἄλλῃ

tresq; interfecti, tunc Attalus, Eurylochus, Pausanius, alijq; Macedoniae extincti principes occurrerant. Ob haec illi quadriduo perseuerata inedia est, donec exercitus uniuersi precibus exoratus est, precatis ne ita mortem unius doleat, ut uniuersos perdat, quos in ultimum deductos Barbariam, inter infestas & irrigatas gentes bello destituat. Multum proficere & Calisthenis philosophi preces, cōdiscipulatu apud Aristotelē familiaris illi, & tunc ab ipso rege ad prodenda memoriae acta eius accitus. Renocato igitur ad bellum animo, Chorasmos & Dracas in deditiōe accepit. Deinde, quod primo ex Persico superbiae regie more distulerat, ut omnia pariter inuidiosiora essent, non salutari, sed adorari se iubet. Accerrimus inter recusantes Calisthenes fuit.

Hic Calisthenes, cū ab Alexandro in cōiuiuo Macedonū gesta cōmendare iuberetur, eorū uirtutē tanta eloquentia illustrauit atq; euexit, ut conuiuia omnes magno applausu in eum coronas sparserint.

Queres & illi & multis principibus Macedonum exilio fuit. Siquidem sub specie insidiarum oēs interfecti. Retentus tamē est a Macedonibus mos salutandi regis, explosa adoratione. Post haec Indiam petit, ut Oceano ultimōq; oriētē finiret imperium. Cui gloriae, ut etiam exercitus ornamenta cōuenirent, phaleris equorum, & arma militum argento inducit: exercitumq; suū ab argenteis clypeis Argyraspidas appellauit. Cum ad Nyssam urbē uenisset, oppidanis non repugnantibus fiducia religioz

De rebus in
India gestis
Argyraspidis

Nyssa à Libero
patre con-
dita.

religionis Liberi patris, a quo condita urbs erat, parci iussit: letus non militiam tantum, uerum etiā uestigia se dei secutū. Tunc ad spectaculū sacri montis duxit exercitum naturalibus bonis, uite, hederaq; uestiti, non aliter quam Mercurius incolę appellat, Curtius. Sacer mons Cleophis cōcubitu ab Alexandro receptus: ille cebris cōsecuta, quod armis non potuerat: si gnū obtinuit regis sine noxa discurrit, ut intelligeret non tam oppidanis parcēdo, q̄ exercitui suo se cōsuluisse. Inde mōtes Dedalos, regnaq; Cleophidis reginae petit: que cū se dedidisset, eius cōcubitu redemptū regnū ab Alexandro recepit: ille cebris cōsecuta, quod armis non potuerat: si gnū obtinuit regno Indorū potitus est. Cleophis regina, propter prostratam pudicitia, scoriū regnū exinde adpellata est ab Indis. Peragrata India cum ad saxū mirae magnitudinis et asperitatis, in quod multi populi confugerant, peruenisset: cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdē saxi terrae motu prohibitum. Captus itaq; cupidine Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus saxo, eius omnes loci gentes in deditiōem accipit. Egregia pugna Pori & Alexandri. Statura enim fuit quatuor cubitorū & palmae, autor Plutarch. Ingens clades est: dita ab elephantis Pori in hoc prelio. Porum iam uictum cū Alexander interrogasset, quid ita ausus fuisset belli secum fortunā experiri, respondit: Quod neminem me fortiorē esse censebam. Rursus cū sciscitaretur, quomodo se tractari uellet, pro regia, inquit dignitate.

Cleophis cōcubitu ab Alexandro receptus: ille cebris cōsecuta, quod armis non potuerat: si gnū obtinuit

Saxo nomen fuit Dorini.

Vnus ex regibus Indorū fuit Porus nomine: uiribus corporis et animi magnitudine pariter insignis: qui bellā iam pridem audita Alexandri opinione, in aduentū eius parabat. Cōmisso itaq; prælio, exercitū suū inuadere Mæcedonas iubet: sibi regem eorū priuatim hostē deponit. Nec Alexander moram pugnæ fecit. Sed prima con-
 greSSIONE uulnerato equo, cūm præceps in terram cecidisset, Alaxandri disset, concursu satellitū seruatus est. Porus multis uul-
 neribus obrutus capitur, qui uictum se adeo doluit, ut cūm ueniam ab hoste inuenisset, neq; cibum sumere uolu-
 erit, neq; uulnera curari passus sit: egregiū sit ab eo ob-
 tentū, ut uellet uiuere, quæ Alexander ob honorē uirtutis incolumen in regnum remisit. Duas igitur urbes con-
 didit, unam Nicæam, alterā ex nomine equi † Bucephalam uocauit. Inde Adrestras, † Strathenos, Pasidas, Gangaritarū garitas, cæsis eorum exercitibus expugnat.
 & Parthasia Extat apud Curtiū Alexandri ad milites oratio. Et rursum regem Pœni, qui militum nomine expeditionē, ad quam cōtra fuisse Aggrā Gangaritas rex eos antē fuerat, hortatus, deprecatur.
 Curtius. Cūm ad Euphites uenisset, ubi cum CC. milibus hostium equitum opperiebantur, omnis exercitus non minus uictoriarū numero, q̄ laboribus fessus, lachrymis eū deprecatur, ut sinē tandē belli faceret: aliquādo patriæ, reditusq; meminisset, respiceret militū annos, quib. uix ætas ad reditū sufficeret, ostēdere alius canicē, alius uulnera, alius ætate cōsumpta corpora, alius cicatricib. exhausta. Solos se esse, qui duorū regū Philippi Alexandriq; conu-

† Bucephalean.

† Statenos

Gangaritarū

& Parthasia

rum regem

fuisse Aggrā

men refert

Curtius.

continuā militiā pertulerint: Tandē orare, ut reliquias salte suas paternis sepulchris reddat, quorū nō studijs deficitur, sed annis. At si nō militib. uel ipse sibi parcat, ne fortunā suā nimis onerādo fatiget. Motus his tā iustis precib. uelut in finē uictoriæ, castra solito magnificentiā fieri iussit, quorū molitionib. et hostis terreretur, et posteris admiratio sui relinqueretur. Nullū opus milites lætiūs fecere. Itaq; cæsis hostib. cū gratulatione in eadē reuerterunt. Inde Alexander ad amnem Acesinē pergīt, et per hunc ad Oceanū deuehitur. Ibi Gesonas, Asybosq; quos Hercules condidit, in deditiōe accepit. Acesines: Hos Diodor⁹ & Curtius Oxydracas & Mallos adpellāt. Apud Mallos hanc pugnā factam scribit Plutar. qui sunt Indorum pugnacissimi. Vrbs Oxydracarū fuit Curtius. Insignis Alexandri fortitudo, seu, si ita libet, temeritas, αλλὰ οὐ πῆνὰ τῶν ἄλλων.
 Hinc ad Ambros et † Sycambros nauigat, quæ gentes † Sabracas malo.
 cum armatis LXXX. milibus peditū, LX. milib. equitum excipiunt. Cūm prælio uictor esset, ad urbē eorum exercitum ducit. Quam desertā a defensoribus, cūm de muro, quæ primus ceperat, animaduertisset, in urbis planicie sine ullo satellite desiliit. Itaq; cūm eū hostes solū cōspexisset, clamore edito undiq; cōcurrūt, si possint in uno capite orbis bella finire, et ultionē tot gentib. dare. Nec minus Alexāder cōstanter restitit, et unus aduersus tot milia præliatur. Incredibile dictū est, ut cum nō multitudo hostiū, nō magna telorū uis, nō tātus lacesētum clamor

Constituunt expeditionis Alexandrinæ monumēta.

Acesines:

† Sabracas malo.

clamor terruerit, solus tot millia caderet, ac fugaret. Eleganter & copiose hæc narrat Curtius. Auxilio Alexandro venerunt Peucestes, Timeus, Leonatus & Aristomus. Sagitta fuit duorum cubitorum, Q. Curtius.

Vbi uero se obrui multitudine uidit, truce se, qui prope murum stabat, applicuit: cuius auxilio tutus cum diu agnè sustinisset, tandem cognito periculo eius amici ad eum desiliunt. Ex quibus multi cæsi, præliumque tandiu anceps fuit, quoad omnis exercitus muris delectis in auxiliam ueniret. In eo prælio sagitta sub mæna traiectus, cum sanguinis fluxu deficeret, genu posito tandiu præliatus est, donec eum, a quo uulneratus fuerat, occideret. Curatio uulneris grauior ipso uulnere fuit. Itaque magna desperatione tandem saluti redditus, Poliperchontes cum exercitu Babyloniam mittit. Ipse cum lectissima manu naues conscendit, & Oceani littora peragrat. Cum uenisset ad urbem Ambigeri regis, oppidani, inuisum ferro audientes, sagittas ueneno armant. Atque ita gemino mortis uulnere hostem a muris summouentes, plurimos interficiunt. Cum inter multos letaliter uulneratos esset Ptolemaeus, moriturusque iam uideretur, per quietem regi monstrata in remedia ueneni herba est.

Qua in potu accepta, statim periculo est liberatus, maiorque pars exercitus hoc remedio seruata. Expugnata deinde urbe, reuersus in naues. Oceano libaneta dedit, prosperum in patriam reditum precatus, ac ueluti curru in Alexandriam circa meta actio, positus imperij terminis, qua sinus aut terrarum

terrarum solitudines prodire passæ sunt, aut mare nauigabile fuit, secundo æstu ostio fluminis inde inuehitur. Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem Barcem cõ Barce condidit, arasque statuit: relicto ex numero amicorum litto-

cur. ralis Indis præfecto. Inde iter terrestre factururus, cum arida loca medijs itineris dicerentur, puteos opportunis locis fieri præcepit: quibus ingenti dulci aqua inuenta,

Babyloniam redit. Ibi multæ deuictæ gentes, præfectos suos accusauerunt, quos sine respectu amicitiae, Alexander in cõspectu legatorum necari iussit. Post hæc Darijtho, & Erac-

con & c. Alexander regis filiam Statyram in matrimonium recepit. Sed & opimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas uirgines tradidit ut communi factio crimen rem ducit.

regis leuaretur. Tunc ad concionem exercitum uocat, & promittit se æs alienum omnium propria impensa soluturum, ut prædam, præmiaque integrè domum stræt.

insignis hæc munificentia non summa tantum, uerum etiam titulo muneris fuit: nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius accepta: quoniam utriusque exactio pariter, ac solutio difficilis erat. Tria & uiginti millia talentorum in hos sumptus expensa. Dimissis ueteranis, exercitum ex iunioribus supplet.

Novè milliū octingentorū ac septuaginta talentorū summam Plutarchus habet. Veterani dimittunt: quorum erant 30. milia. Seditio militū aduersus Alexandrū pro missione. Sed & retenti ueteranorum discessum ægrè ferentes, missionem & ipsi flagitabant, nec annos, sed stipendia sua

nume-



dextra.

Critobolus medicus hoc vulnus curauit.

Obseruaque hic de Dioxippo gladiatore refert Curtius.

Urbis nomen fuit Harmata.

Sanguine regi coniunctuserat, Curtius.

Meminerunt huius hystoriarum Strabo, lib. 15. Curtius.

9. Diodorus in Alexandriam

numerari iubebāt pariter in militia lectos, pariter ser-
 eramēto solui equū cēsentes, nec iam precibus, sed con-
 uicio agebant: iubētes cum solū cum patre suo Hāmone
 finire bella, ut milites suos fastidiat. Contrā, ille nunc ea
 stigare milites, nunc lenib. uerbis monere, ne gloriosam
 militiam seditionibus infuscarent. Ad prostremum cum
 nihil proficeret uerbis, ad corripiendos seditionis auto-
 res, ē tribunali in concionem armatā inermis ipse desce-
 lit. Et nemine prohibente XIII. correptos manus sua
 ipse ad supplicia duxit: tantam uel illis moriendi patien-
 tiam metus regis, uel huic exigēdi supplicia constan. iū-
 disciplina militaris dabat. Inde seperatim auxilia Persa-
 rum in concionem alloquitur. Laudat perpetuam illor-
 rum tum in se, tum in pristinos reges fidem. Sua in illos
 beneficia memorat, ut nunquam quasi uictos, sed ueluti
 uictoriae socios habuerit. Deniq; se illorum, non illos in-
 gentis suae morem transisse, affinitatibus connubiorum
 uictos, uictoribus cōmiscuisse. Nunc quoque ait, custo-
 diam corporis sui non Macedonibus tantum se, uerum
 etiam illis crediturū. Atq; ita mille ex his iuuenes in nu-
 merum satellitum legit, auxiliorum quoq; portionem ar-
 matam in disciplinā Macedonum exercitui suo miscet.
 Quam rem agrē Macedones tulerunt, iactantes hostes
 suos in officium suum a rege subactos. Tunc uniuersi
 stentes regem adeunt, orant, ut supplicijs suis potius sa-
 turet se, quam cōtumelijs, Quia modestia obtinuerunt,
 ut XI.

Alexādrī au-
 dax facinus.

Oratio Ale-
 andri ad Per-
 sas milites.

ut XI. milia militum ueteranorū exauctoraret. Sed ex Militum ex-
 amicis dimisi senes Polypercon, Clytos, Gorgias, Poly- auctoratio.
 damas, Antygonas. Dimissis his, Craterus praepōnitur,
 iussus praesse Macedonibus in Antipatri locū, Antipa-
 trunq; cum supplemēto Tyronum in locum eius uocat.
 Stipendia reuertentibus, ueluti militantibus data.

Per eū responsa Barbaris dabat. Ephæstionis mors. Hūc
 ita charum habuit Alexander, ut cum Darij mater eum
 Alexander saluasset, dixerit rex: Non aberrasti mater.
 Nam & hic Alexander est $\eta\tau\kappa\mu\alpha\tau\omega\upsilon\gamma\delta\epsilon\tau\omega\upsilon\tau\iota\mu\omega\tau\alpha$
 $\tau\omega\upsilon\delta\epsilon\tau\omega\upsilon\tau\iota\mu\omega\tau\alpha$, Plut. decē milia habet.

Cum haec aguntur, unus ex amicis eius Ephæstion dece-
 dit, dotibus primò formae pueritiæq; mox obsequijs re-
 gi percharus: quem contra decus regium Alexander dia-
 luxit, tumulum que ei duodecim milia talentorum fecit,
 eumq; post mortem coli, ut Deum iussit. Ab ultimis lit-
 toribus Oceani Babyloniam reuertenti, nunciatur le-
 gationes Carthaginensium, ceterarum que Africae ciui-
 tatum, sed et Hispaniarū, Siciliae, Galliae, Sardiniae, non-
 nullas quoque ex Italia eius aduentum Babyloniae opa-
 periri. Adeo uniuersum terrarum orbem, nominis eius
 terror inuaserat, ut cunctae gentes, ueluti destinato si-
 bi regi adlarentur. Hac igitur ex causa Babyloniam Mago nomē
 festinanti, uelut conuentum terrarum orbis actu- fuit Belephā-
 ro, quidam ex Magis praedixit, ne urbem introiret, te- ti: Plut. autē
 status hunc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa Ba- scribit illi Py-
 bylonia, in Byrsiam urbem trans Euphratem, deser- thagorae no-
 men fuisse.

tam olim concessit. Ibi ab Anaxarcho Philosopho con-
pulsus est rursus magorum prædicta contemnere ut
falsa, ut incerta: et si factis consent, ignota mortalibus,
ac si nature debeantur, immutabilia. Reuersus igitur
Babyloniam, multis diebus ocio deditis, intermissum o-
lim conuiuium solemniter instituit: totusq; in læticiam
fusus, cum diei noctem coniunxisset perniçilem, iam e-
conuiuium † Medius Thessalus instaurata comessatione
ne, & ipsum, & sodales eius inuitat.

De Alexandri morte. Ferunt hoc uenenum gelidissimam
aquam fuisse ex Nonacriæ petra sudantem, Plutarch.
Cuius fontem appellat Curtius Stygos hydor.

Accepto poculo media portione, repente ueluti celo Ale-
xander confixus ingemuit: clatus è conuiuium semianimis,
tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posce-
ret: tactumq; hominũ uelut uulnera indolesceret. Anti-
ci causam morbi, intemperiem ebrietatis dissemine ue-
runt. Re autem uera insidia fuerunt, quarum infamiam
successorum potentia oppressit. Autor insidiarum An-
tipater fuit: qui cum charissimos amicos eius interfec-
tos uideret, Alexandrum generum suum † Lyncestem
occisum, se magnis rebus in Græcia gestis, non tam gra-
tum apud regem, quam inuidiosum esse: à matre quoq;
eius Olympiade uarijs se criminationibus uexatũ, Huc
accedebant ante paucos dies supplicia in præfectos de-
uictarum nationum crudeliter habita. Ex quibus rebus
se quoq; à Macedonia non ad societatem militiæ, sed ad
pœnam

† Medicus.

Antipater
insidiarum
autor.

pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandũ
regem Cassandrum filium dato ueneno subornat: qui
cum fratribus Philippo, et tolla ministrare regi solebat;
cuius ueneni tanta uis fuit, ut non ære, non ferro, non Veneni uis.
testa contineretur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi
potuerit, præmonito filio, ne alij quàm Thessalo, & fra-
tribus crederet. Hac igitur ex causa apud Thessalum
paratum, repetitumq; conuiuium est, Philippus & Iollas
temperare et prægustare potũ regis soliti in aqua frigi-
da uenenum habuerunt, quã prægustatã iam portione super-
miserunt. Quarto die Alexander indubitã mortẽ sen-
tiens, agnoscere se fatum domus maiorum suorum, ait.
Fuit Alexandri mater Olympias filia Neoptolemi regis
Molossorum, qui genus a Pyrrho Neoptolemo, Achil-
lis filio, duxit.

Nam plerosq; Acacidarum inter trigessimũ annum de-
functos, Tumultuantes deinde milites, insidijs perire
regem suspicantes, ipse sedauit: eosq; omnes, cum prola-
tus in æditissimum urbis locum esset, ad conspectũ suum
admisit, osculandamq; dexteram suam stentibus porre-
xit. Cum lachrymarent omnes ipse non sine lachrymis
tantum, uerum etiam sine ullo tristioris mentis argu-
mento fuit: ut quosdam impatientius dolentes consolatus
sit, quibusdam mandata ad parentes eorum dedit: Exemplum
constantia.
adeo, sicut in hostem, ita & in mortem inuictus animus
fuit. Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur,
uideantur ne similem sibi reperturi regem et accenti-
bus



Heres Alexandri.
Fuit Roxane Cohortani
prefecti cuiusdam filia.

Perdice annulus tradit Alexander. Alexandri etas 33. regnavit annis 12. mensib. 6.

bus cunctis, tunc ipse ut hoc nesciat, ita illud scire, uaticinariusq; se, ac pene oculis uidere dixit, quatum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia, quatis credibilibus quo cruore, mortuo sibi parentatura. Ad postremum corpus suum in Hammonis templo condi iubet. Cum despicere cum amici uiderent, querunt quem imperij faciat heredem, respondit, dignissimum. Tanta illi magnitudo animi fuit, ut cum Hercule filium, cum fratrem Aridaem, et cum Roxanem uxorem pregnantem relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nuncuparet heredem. Prorsus quasi nefas esset uiro forti, alium quam uirum fortem succedere: aut tanti regni opes alijs, quam probatis relinquere. Hac uoce ueluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordie misisset, ita omnes in emulationem consurgunt, et ambitione uulgi tacitum fauorem militum querunt. Sexto die preclusa uoce exemptum digito annulum Perdica tradidit: que res gliscitatem amicorum dissensionem sedauit. Nam etsi non uocem nuncupatus heres, iudicio tamen electus esse uidebatur. Decessit Alexander mensem unum, annos tres et XXX. natus, uir supra humanam potentiam magnitudine animi preeditus. Quanocte eum mater Olympias concepit, uisa per quietem est cum ingenti serpente uolutari: nec dei decepta somnio est. Nam profecto maius humana mortalitate opus utero tulit, quam cum Acacidarum gens ab ultima seculorum memoria, et regnum patris, fratris, maritis

mariti, ac deinceps maiorum omnium illustrauerit, nullius tamen nomine quam filij clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die qua natus est, duae aquile tota die praepetes supra culmen domus patris eius sederunt, omen duplicis imperij Europe Asiaeq; praeferentes: eademq; die nuncium pater eius duarum uictoriarum accepit, alterius bellum Illyrici, alterius certaminis Olympiaci, in quod quadrigarum currus miserati quod omen uniuersarum terrarum uictorias infanti portendebat. Puer acerrimis literarum studijs eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele doctore inclyto omnium philosophorum creuit. Accepto deinceps imperio, regem se terrarum omnium, ac mundi appellari iussit. Tantamque fiduciam suis militibus fecit, ut illo praesente, nullius hostis arma nec incrimines timuerint. Itaque cum nullo hostium unquam congressus est, quem non uicerit. Nullam urbem obsedit, quam non expugnauerit. Nullam gentem adiit, quam non calcauerit. Victus denique est ad postremum, non uirtute hostili, sed insidijs suorum, et fraude

Aristoteles Alexandri praceptor. Vfus est Alexander praceptoribus quoque Leonida & Lyfimacho, qui se Phoenice, Alexandrum Achille, Philippum uero Pelaeum appellare solebat.

ciuili.

I V S T I

144
IVSTINI HISTORICI
LIBER XIII.



Extincto in ipso etatis, ac uitoriarum flore Alexandro Magno, triste apud omnes, totaque que Babyloniam silentium fuit. Sed nec deuictæ gentes fident nuncio habuere; quod ut inuictum regem, sic immortalem eum crediderant: recordantes, quoties præsentem mortem creptus esset, quam sepe ferro amisso, repente se non sospitem tantum suis, uerum etiam uictorem obtulisset. Ut uero mortis eius fides adsuit, omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo deuictæ, non ut hostem eum, sed ut parentem luxerunt. Mater quoque Darij regis (quam amisso filio, à fastigio tantæ maiestatis in captiuitatem reductam, indulgentia uictoris in eam diem uitæ non poenituerat) audita morte Alexandri, mortem sibi ipsa consciuit, non quod hostem filio præferret, sed quod pietatem filij in eo, quem hostilem tinuerat, experta esset. Contra Macedones uersa uice non ut ciuem, ac tantæ maiestatis regem, uerum ut hostem amisissent, gaudebant: seueritatem nimiam, & assidua belli pericula execrantes. Huc accedebat, quod principes regnum, & imperia, uulgus militum,

the

LIBER XIII. 145

thesauros, & grande pondus auri uelut inopinatum prædam spectabāt, illi successionem regni, hi opum ac diuitiarum hereditatem cogitantes. Erant enim in thesaurois C. millia talentum, in annuo uectigali tributo CCC. millia. Sed nec amici Alexandri frustra regnum expectabant. Nam eius uirtutis erant ac uenerationis, ut singulos reges putares. Quippe ea formæ pulchritudo & proceritas corporis, & uirum ac sapientiæ magnitudo in omnibus fuit, ut qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret. Neque enim unquam antea Macedonia, uel ulla gens alia, tam clarorum uirorum præuentu floruit, quos primum Philippus, mox Alexander tanta cura legerat, ut non tam ad societatem belli, quam in successionem regni electi uiderentur. Quis igitur miretur talibus ministris orbem terrarum uictum, cum exercitus Macedonum à tot, non ducibus, sed regibus regeretur? qui nunquam sibi reperissent pares, si non inter se concurrissent: multosq; Macedonia pro uno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos ex æmulatione uirtutis, in perniciem mutuam armasset. Cæterum occiso Alexandro, non ut leti, ita & securi fuere, omnibus in unum locum competentibus, nec minus milites inter se timebant: quorum & libertas solutior, & fauor incertus erat. Inter ipsos uero æqualitas discordiam augebat: nemine tantum cæteros excedente, ut ei aliquis summittere

K

ANT.

Thesaurus Alexandri. Alexandri autem ciuales.

Nec mirum: tales enim plerumque sunt ciues quales principes extiterint. Cic. *πρωτων*



Syngambis mater Darij inedia mortua quinto postquam ori statuerat die. Q. Curtius X.

Consultatio principū de eligēdo rege. Perdica sententia. Meleagri sententia.

Hercules Alexadri filius. Aridæus frater Alexadri.

Ptolemæi sententia.

In Perdicae sententiā itū est pedibus à principibus.

tur. Armati itaq; in regiam cōcunt ad formandū rerum presentium statum. Perdica censet Roxanes expectari partem, que exacto mense octauo maturā iam ex Alexandro erat, & si puerum peperisset, hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia, nec esse expectandum, dum reges sibi nascerentur, cum iam genitis uti liceret: seu, si puer illis placeat, esse Pergami filium Alexandri natum ex Arsine, nomine Herculem: seu mallet iuuenem, esse in castris fratrem Alexandri Aridæum comitem, & cunctis non suo tātū, uerū patris Philippi nomine acceptissimū. Caterum Roxanem esse originis Persicæ, nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleuerint, reges constituantur: quod nec ipsum Alexandrum uoluisse dicit. Deniq; morientē nullam de eo mentionē fecisse. Ptolemæus recusat regē Aridæū, non propter maternas modò sordes, quod ex Larissæo scorto nasceretur, sed etiam propter inualetudinē maiore quam patiebatur, ne ille nomē regis, alius imperium teneret: & melius etiam ex his legi, qui pro uirtute regi suo proximi fuerint, qui prouincias regant, quib. bella mandentur, q̄ sub persona regis indignorum subijciantur imperio. Vicat Perdicae sententia ex cōsensu uniuersorum. Placuit itaq; hoc Roxanes expectari partū: & si puer natus fuisset, tutores Leonatū & Perdica, Crateron & Antipatru cōstituāt, cōfestimq; in tutorū obsequia iurāt.

HUNG

Hunc Craterum Alexander ^{ἡρακλεῖος} adpellare solebat. Aridæum pedites regem constituunt.

Cum equites quoque idem fecissent, pedites indignati, nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridæū Alexandri fratrem regem adpellant: satellitesq; illi ex tribu sua legunt, & nomine Philippi patris uocari iubent: que cum nunciata equitibus essent, legatos ad mitigandum eorum animos duos ex proceribus, Attalum & Meleagrum mittunt, qui potentiam ex uulgi adulatione querentes, omīssa legatione, militibus consentiunt. Statim & seditio creuit, ubi caput & consilium habere cepit. Tunc ad delendum equitatum, cuncti armati in regiam irrumpunt: quo cognito, equites trepidi ab urbe discedunt, castrisq; positis & ipsi pedites terreri ceperunt. Sed nec procerum inter se odia cessabāt. Attalus ad interficiendum Perdicae ducem alterius partis mittit ad quem armatum & ultrò prouocantem, cum accedere percussores ausi non fuissent, tanta constantia Perdicae fuit, ut ultrò ad pedites ueniret, et in concionem euocatos edoceret, quod facinus molirentur: respicerent, contra quos arma sumpsissent: non illos Persas, sed Macedones: non hostes, sed ciues esse: plerosq; etiam cognatos eorum, certè & cōmilitones eorundem castrorum & periculorum socios, edituros deinde egregium hostibus suis spectaculum, ut quorum armis uictos se dolerent, eorum mutuis cædibus gaudeant: parentaturosq;

Infesti li Perdica fuerat, Curtius. Seditio inter equites & pedites Macedonicos.

Perdicae constantia, & oratio ad pedites.

sanguine suo manibus hostium à se interfectorum. Hæc cum pro singulari facundia sua Perdica perorasset, adeò mouit pedites, ut probato consilio eius, dux ab omnibus legeretur. Tum etiam equites, in concordiam reuocati, in Arideum regem consentiunt. Seruata est portio regni Alexandri filio, si natus esset. Hoc agebant, posito in medio corpore Alexandri, ut maiestas eius testis decretorum esset. His itaque compositis, Macedonia & Græciæ Antipater præponitur. Regiæ pecunie custodia Cratero traditur: castrorum exercitus & rerum cura Meleagro & Perdica assignatur: iubeturque Arideus corpus Alexandri in Ammonis templum deducere. Tunc Perdica insensus seditionis autoribus, repente, ignaro collega lustrationem castrorum propter mortem regis in posterum edicit. Postea quam armatum exercitum in campo constituit, consentientibus uniuersis, euocatos duntaxat de singulis manipulis seditiosos, supplicio tradi occultè iubet. Retij inter principes prouincias diuisit: simul ut remoueret amulos, & munus imperij beneficij sui faceret. † Primò Ptolemæo Aegyptus, & Africa Arabiaque pars sorte uenit, quem ex gregario milite Alexander uirtutis causa prouexerat: cui ad tradendam prouinciam Cleomenes, qui Alexandriam edificauerat, datur. Confinem huic prouinciæ Syriam Laomedes Phœnicæ, don Mitylenæus, Ciliciam Philotas cum filio, & Illyri-

os recipiunt. Media maiori Acropatos, minori Alceata frater Perdica præponitur. Susiana gens Syno, Phrygia maior Antigono Philippi filio assignatur. Lyciam & Pamphiliam Learchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur. Leonato minor Phrygia euenit. Thracia, & regiones Ponticimaræ Lysimacho. Capadocia cum Paphlagonia Eumeni datur. Summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio cedit. Stipatoribus regis, satellitibusque Cassander filius Antipatri præficitur. in Bactriana ulteriore, & Indi regionibus priores præfecti detenti. Sed res inter annes duos, Hydaspem & Indum, Taxilles habebat. In colonias in Indis conditas, Phytion Agenoris filius mittitur. Parapamēnos fines Caucasi montis Axtarches accepit. Dracon & Argæos Statanon, Bactrianos Amyntas sortitur. Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phratasarnes Armenios, Neoptolemus Persas, Peucestes Babyloniōs, Artous Pelasgos, Archefilaus Mesopotamiam adepti sunt. Hæc diuisio, cum ueluti fatale munus singulis contigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit. Siquidem non magno post tempore, quasi regna, non præfecturas, diuisissent, sic reges ex præfectis facti, magnas opes non sibi tantum parauerunt, uerum & posteris reliquerunt. Cum hæc in oriente aguntur, in Græcia Athenienses, & Actoli bellum, quod iam uiuo Alexandro mouerant, summis

Quæ Helle-
sponto adiu-
ta est.

Res Græcæ
rum.

Exercitus lu-
stratio.

Lustrabatur
milites cane
discissa, & ab
utraque parte
proiecta Cur-
tius.

CCC. ferè
sunt suppli-
cio affecti,
Curtius.

Diuisio impe-
rij inter prin-
cipes Alexan-
dri.

† Prima

Ex Phœnicæ.

Belli caussa.

uiribus instruebant. Cause belli erant, q. reuersus ab India Alexander, epistolas in Græciam scripserat, quibus omnium ciuitatum exules præter cædis damnatos restituebantur: que recitata præsertim uniuersa Græcia in mercatu Olympico, magnos motus fecerat, q. plurimi non legibus pulsati patria, sed per factionem principum fuerant: uerentibus iisdem principibus, ne reuocati potentiores in Repub. fierent. Palam igitur iam tunc mille ciuitates libertatē bello uendicandā fremebant. Principes tamen omnium Athenienses & Aetoli suere. Quod cum nunciatū esset Alexandro, mille nauis longas socijs imperari præceperat, quibus in occidēte bellū gereret, excursurusq. cū ualida manu fuerat ad Athenas delendas. Igitur Athenienses cōtracto XXX. milium militū exercitu, & CC. nauib. bellū cum Antipatro, cui Græcia sorte conuenerat, gerunt: eumq. detrectantem præliū, & Heracleæ urbis incensibus tuentem se, obsidione cinxerant. Demosthenes cum prius acerrimè Harpali causam oppugnasset, quā XX. ab eo accepisset talenta, altera die quærurus agendum ea de re erat, lana collo circumuoluta, se patifingebat. Tum è populo exclamasse uiderunt, non *οὐδ' ἄρ' ἔστιν*, sed *ἔστιν ἄρ' ἔστιν* esse. Eodem tēpore Demosthenes Atheniensis orator pulsus patria ob crimē accepti ab Harpalo auri, qui crudelitatem Alexandri fugerat, q. ciuitatē in eiusdē Alexandri bellū impelleret, fortē Megaris exulabat: qui cū missus ab Atheniensibus Hyperidem legatū cognouit, qui Peloponnesos

ponnesos in societatem armorum sollicitaret, secutus eum Sycona, Arges et Corinthum, ceterasq. ciuitates eloquentia sua Atheniensibus iunxit. Ob quod factū, missa ab Atheniensibus obuiā nauis, ab exilio reuocatur. Interim in obsidione Antipatri, Leosthenes dux Atheniensium, telo è muris in transeuntem iacto, occiditur. Factum est in obsidione Lamiarū, Plutarchus in Demosthene. Leonatus ab Atheniensibus occiditur. Pugnatum est in Cranone, duce Phocione, Plutarchus in uita eiusdem. Que res tantum animorum Antipatro dedit, ut etiam uallum rescindere auderet. Auxilium deinde à Leonato petit per legatos. Qui cū uenire nūciaretur cum exercitu, obuij ei Athenienses cum instructis copijs suere, ibiq. equestri prælio graui uulnere ictus, extinguitur. Antipater tametsi auxilia uideret deuicta, morte tamē Leonati letatus est. Quippe & amulum sublatum & uires eius accessisse sibi gratulabatur. Statim igitur exercitu eius recepto, cū par hostibus etiā prælio uideretur, solutus obsidione, in Macedoniam concessit. Græcorum quoque copie, à finibus Græciæ hoste pulso, in urbes dilapsæ sunt. Interea Perdica bello innoxio Ariarathi regi Cappadocum illato, prælioque uictor, nihil præmij præter uulnera, & pericularetulit. Quippe hostes ab acie in urbem recepti, occisis coniugibus & liberis, domos quisque suas cum omnibus copijs incendunt. Eodem congestis etiam opibus, & semetipsos præcipitant, ut nihil hostis uictor suarum rerum, præ-

Reuocatur ab exilio Demosthenes, vide Plutar.

De Perdica. Miserabile facinus Cappadocum.



ter incendij spectaculum frueretur. Inde, ut uiribus auctoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatrae sororis Alexandri Magni, & alterius Alexandri quorundam uxoris, non aspernante Olympiade matre eius, intendit: sed prius Antipatrum sub affinitatis obtentu cupere cupiebat. Itaque fingit se in matrimonium filium eius petere, quod facilius ab eo supplementum tyronum ex Macedonia obtineret: quem dolum presentente Antipatro, dum duas eodem tempore uxores querit, neutram obtinuit. Post haec bellum inter Antigonum, & Perdicam oritur. Antigono Craterus & Antipater auxilium ferebant: qui facta cum Atheniensibus pace, Poliperconta Graeciae, & Macedoniae proponunt. Perdicam alienatis rebus, Arideum & Alexandri Magni filium in Cappadociam, quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli in consilium adhibet. Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri ad ipsum fontem, & caput regni, ubi & Olympias esset mater Alexandri, non mediocre momentum partium, & ciuicum fauor propter Alexandri Philippique nomina. Sed in rem usum est ab Aegypto incipere, ne in Macedonia profectus, Asia a Ptolemaeo occuparetur. Eumeni praeter prouincias quas acceperat, Paphlagonia, & Caria, & Lycia, & Phrygia adiunguntur. Ibi Craterus & Antipatrum opperiri iubetur, Adiuutores ei dantur eorum exercitibus suis frater Perdicam Alceas, & Neoptoles

Bellum inter Antigonum & Perdicam.

Consultatio de bello.

Principum Alexandri inter se bella



ptolemus. Clyto cura classis traditur. Cilicia Phyloto adempta, Philoxeno datur. Ipse Perdica Aegyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas partes discurrentibus ducibus in sua uiscera armatur, ferrumque ab hostili bello in ciuilem sanguinem uertit, exemplo sirentium, manus ac membra sua ipsa caesura. Sed Ptolemaeus in Aegypto solerti industria magnas operes parabat. Quippe et Aegyptios insigni moderatione in fauorem sui sollicitauerat, & reges finitimos beneficijs obsequijs que deuinxerat, terminus quoque imperij aduersa Cyrene urbe, ampliauerat: factusque iam tantus erat, ut non tam timeret hostes, quam timendus ipse hostibus esset. Cyrene autem condita fuit ab Aristaeo, cui nomen Battos propter linguae obligationem fuit. Huius De Cyrene pater Cyrenus rex Therae insulae, cum ad oraculum Deluide Strabonem propter dedecus adolescentis filij nodum loquentis, deum deprecaturus uenisset, responsum accepit, quo iubebatur filius eius Battus Africam petere, & urbem Cyrenem condere, usum linguae ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile uideretur, propter similitudinem Theramenis insulae, ex qua coloni ad urbem condendam in Africam tam longinque regionis proficisci iuebatur, res omissa est. Interiecto deinde tempore, ueluti contumaces, ex pestilentia deo parere compelluntur: quorum tam insignis paucitas fuit, ut uix unam nauem completerent. Cum uenissent in Africam, pulsus

operes moderatio.

De Cyrene nem.

Refert idem paulo diuersius Hero. in Melpomene. Strab. lib. 37.

K 5 acco
Handwritten signature or scribble in ink, possibly reading 'K 5 acco' or similar, with a large flourish.

militum animos rerum nouitate terreret, simul ut, an
 contra se animati essent, cognosceret, sumptuosus con-
 silium ex motu uniuersorum. Constanter tamen pre-
 fatus est, sicuti hæc terrori essent, habere eum disce-
 dendi potestatem. Quæ uoce adeo cunctos in studium
 partium suarum induxit, ut ultrò illum omnes hortas-
 rentur, rescissurosq; se ferro decreta Macedonum as-
 firmarent. Tunc exercitu in Actoliam promotò, pecu-
 nias ciuitatibus imperat recusantes dare, hostiliter di-
 ripit. Inde Sardis profectus est ad Cleopatram sororem
 Alexandri Magni, ut eius uoce centuriones, principes
 lesq; confirmaret: existimatos ibi maiestatem regiam
 uerti, unde soror Alexandri staret. Tanta ueneratio
 magnitudinis Alexandri erat, ut etiam per uestigia mu-
 lierum fauor sacrati eius nominis quæreretur. Cum re-
 uersus in castra esset, epistole totis castris abiectæ in-
 ueniuntur: quibus, ijs qui Eumenis caput ad Antigonom
 detulissent, magna præmia diffiniebantur. Iis cognitæ
 Eumenes, uocatis ad concionem militibus, primò gra-
 tias agit, quòd nemo inuentus sit, qui spem cruenti præ-
 mij fidei sacramento anteponeret: tamen deinde calli-
 de subnectit, confictas à se has epistolas ad experiendos
 suorum animos esse. Ceterum salutem suam in omnium
 potestate esse: nec Antigonom, nec quenquam ducum
 sic uelle uincere, ut ille in se exemplum pessimum sta-
 tuat. Hoc factò & in præsentem labantium animos de-
 terruit.

Ἐπιφάνης.

Exemplum
 prudentiæ
 in Eumene.

terrui, & in futurum prouidet, ut si quid simile acci-
 disse, non se ab hoste corrumpi, sed à duce tentari mi-
 lites arbitrarentur. Omnes igitur operam suam certa-
 tim ad custodiã salutis eius offerunt. Interim Antigon-
 nus cum exercitu superuenit, castrisq; positis, postera
 die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prælio se-
 cit, qui uictus in munitum quoddam castellum confu-
 git. Vbi cum uideret se fortunam obsidionis subiturum,
 maiorem exercitus partem dimisit: ne aut cõsensu mul-
 titudinis hosti traderetur, aut obsidio ipsa multitu-
 dine grauaretur. Legatos deinde ad Antipatrum, qui
 solus par Antigoni uiribus uidebatur, supplices mittit:
 à quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset,
 ab obsidione recessit. Erat quidem solutus ad tempus
 metu mortis Eumenes: sed nec salutis, dimisso exercitu
 magna spes erat. Omnia igitur circumspicienti optimũ
 usum est, ad Alexandri Magni Argyraspides multum
 exercitum, & tot uictoriarum præfulgentem gloria
 decurrere. Sed Argyraspides post Alexandrum omnes
 duces fastidiebant, sordidam militiam sub alijs post tan-
 ti regis memoriam existimantes. Itaque Eumenes blan-
 dimentis agere, singulos suppliciter alloqui, nunc com-
 miliones suos, nunc suos patronos appellans: periculo-
 rum & operum orientalium socios, nunc refugia sa-
 luti suæ, & unica præsidia commemorans, solos esse,
 quorum uirtute oriens sit domitus: solos qui militiam
 Castellũ No-
 ram appellat
 Plurarchus.
 † solũ
 Argyraspidis.
 Eumenis ad
 Argyraspi-
 des oratio.

Liberi

Imprecatio
Eumenis in
suos milites.

Exempli for-
tis & constan-
tis animi.

Deleti sunt
Argyraspi-
des ad vnum
oēs ab Ibir-
cio, iussu An-
tigonis, Plut.

Eumene.
Εὐμένης.
De Eumenis
morte Plutar-
chus in eius-
dem vita.

quod uos facturos pro Imperatore iurastis: Imperator
rem pro nobis sine religione iurisurandi facere. Cum
non obtineret, preces in iram uertit: At uos, ait, deuota
capita respiciant dii periuriorum iudices, talesque uo-
bis exitus dent, quales uos ducibus uestris dedistis. Ne-
pe uos iudē paulō ante, & Perdica sanguine estis aspersi,
& in Antipatrum eadem moliti. Ipsum denique Alex-
andrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere, inter-
empturi, quod maximum erat, seditionibus agitastis:
ultima nunc ego perfidorum uictima, has uobis diras
atque inferias dico, ut inopes extorres que omne eum
in hoc castrensi exilio agatis, deuorentq; uos arma ue-
stra, quibus plures uestros, quā hostium duces absum-
psistis. Plenus deinde ira, custodes suos præcedere ad
Antigoni castra præcepit. Sequitur exercitus, prodi-
to imperatore suo, & ipse captiuus, triumphumq; de
seipso ad uictoris sui castra ducit. Omnia auspicia re-
gis Alexandri, & tot bellorū palmas, laureasq; unā se-
cum uictori tradētes, & ne quid deesset pompæ, elephā-
ti quoque & auxilia orientalia subsequuntur. Tanto
pulchriora hæc Antigono quā Alexandro tot uicto-
rie fuerunt, aut cum ille orientem uicerit, hic eos à qui-
bus oriens uictus fuerit, superauerit. Igitur Antigonus
domitores illos orbis exercitui suo diuidit, redditis
que in uictoria ceperat, Eumenē uerò uerecundia prio-
ris amicitie in conspectum suum uenire prohibitum, as-

signo.

signari custodibus præcepit. Interea Eurydice uxor
Aridei regis, ut Polypercontā à Græcia redire in Ma-
cedoniam cognouit, & ab eo accersitam Olympiadam,
muliebri emulatione percussa, abutens ualitudine ui-
ri cuius officia sibi uendicabat, scribit regis nomine Po-
lyperconti, Cassandro exercitum tradat: in quem regni
administrationem rex transtulerit. Eadem & in Æsiam
Antigono per epistolas nunciat. Quo beneficio deum-
tus Cassander, nihil non ex arbitrio muliebris auda-
cia gessit. Deinde profectus in Græciam, multis ciuita-
tibus bellum infert, quarum excidio ueluti uicino in-
cendio, territi Spartani: urbem, quam semper armis
non muris defenderant, tum contra responsa fatorum
& ueterum maiorum gloriam, armis diffisi, murorum
præsidio includunt. Tantum eos degenerauisse à ma-
ioribus, ut cum multis seculis murus urbis, ciuū uirtus
fuerit, tunc ciues saluos se fore non existimauerint, ni-
si intra muros laterent. Dum hæc aguntur, Cassandrum
à Græcia turbatus Macedoniae status domum reuoca-
uit. Nanque Olympias, mater Alexandri Magni regis,
cum ab Epyro in Macedoniam, prosequente Acacida
rege Molossorum, ueniret, prohiberiq; furibus ab Eurydice,
& Arideo rege cepisset, seu memoria mariti,
seu magnitudine filij, & indignitate rei moti Macedo-
nes, ad Olympiadam transiere: cuius iussu, & Eurydice,
& rex occiditur, sex annis post Alexandrum potitus

Euridice Ari-
dæi regis
uxor.

Cassander.

Spartanorū
degeneratio
& desperatio
ἰπικώμια.

Olympiadis
crudelitas.
Arideus Ma-
cedonū rex
sex annis, cū
Eurydice uxore occidit

L regno.

regno. Sed nec Olympias diu regnavit. Nam cum principum passim cades muliebri magis, quam regio more fecisset, fauorem suum in odium uertit. Itaque audito Cassandri aduentu, diffusa Macedonibus, cum nuro Roxane, & nepote Hercule in Pictuam urbem concessit. Proficiscenti Deidamia Aeacidae regis filia & Thessalonice priuigna, & ipsa clara Philippi patris nomine, multaeque aliae principum matrone, speciosus magis quam utilis grex, suere comites. Haec cum nunciata Cassandro essent, statim citatu cursu Pictuam uenit, et urbem obsidione cinxit. Cum fame ferroque urgeretur Olympias, longe obsidionis tedium, pacata salute uictori se tradidit. Sed Cassander ad concionem uocato populo, sciscitaturus quid de Olympiade fieri uellent, subornat parentes intersectorum, qui sumpta lugubri ueste, crudelitatem mulieris accusarent, a quibus accensi Macedones, sine respectu pristinae maiestatis occidendam discernunt, immemores prorsus quod per filium eius, uirumque non solum uitam ipsi inter finitimos tutam habuissent, uerum etiam tantas opes, imperiumque orbis quesissent. Sed Olympias, ubi obstinatos uentre ad se armatos uidit, ueste regali duabus ancillis innixa, ultrò obuiam procedit. Qua uisa percussores attoniti fortuna maiestatis prioris, & tot in eam memoriae occurrentibus regum suorum nominibus, substituerunt, donec à Cassandro missi sunt, qui eam confoderent, non

refu-

refugientem gladium, nec uulnera, aut muliebriter uociferantem, sed uirorum more fortium, pro gloria ueteris profapiae morti succumbentem, ut Alexandrum posses etiam moriente matre conspicere. Insuper exspirans capillis & ueste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum uideri. Post haec Cassander Thessalonice regis Aridae filiam uxorem duxit, filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanae custodiendos mittit.

Olympiadis mors.
Muliebris fortitudo.

Cassander Macedoniae rex.
Thessalonice.

Quos paulo post interfecit, agente Hercule anno XIII.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XV.



Dardica, & fratre eius Alceta, Eumene, ac Polyperconte, caeterisque ducibus diuersae partis occisis, finitimum certamen inter successores Alexandri Magni uidebatur, cum repente inter ipsos uictores nata discordia. Quippe postulantibus Ptolemaeo & Cassandro, & Lysimacho, ut pecunia in praeda capta, prouinciisque diuiderentur, Antigonus negauit se in eius belli praedae socios admissurum, in cuius periculum solus descenderat: & ut honestum aduersus socios bellum suscipere uideretur, diuulgat se Olympiadis mortem à Cassandro

† Polyperchonte.
Nouum principum inter se bellum.

dro interfecta, ulcisci uelle: & Alexandri regis sui filium cum matre, obsidione Amphipolitana liberare. His cognitis, Ptolemæus & Cassander in ita cum Lysimacho & Seleuco societate, bellum terra marique emixere instruebant. Tenebat Ptolemæus Aegyptum cum Africa parte maiore, & Cypro & Phœnicæ: Cassandro precebat Macedonia cum Græcia: Asiam, & partem orientis occupauerat Antigonus, cuius filius Demetrius prima belli congressione à Ptolemæo apud Calamam uincitur. In quo proelio maior Ptolemæi moderationis gloria, quam ipsius uictoria fuit. Siquidem & amicos Demetrii non solum cum suis rebus dimisit, uerum etiam additis insuper muneribus, honorauit: & ipsius Demetrii priuatum omne instrumentum, ac familiam reddidit, adiecto honore uerborum: non se propter prædam, sed propter dignitatem misisse bellum: indignatum quod Antigonus deuictis diuerse factionis ducibus, solus uictoriae communis præmia corripuisset. Dum hæc aguntur, Cassander ab Apollonia rediēs, incidit in Abderitas, qui propter ranarum muriumque multitudinem relicto patriæ solo, sedes quærebant, ueritus ne Macedoniam occuparet, facta pactione in societatem eos recepit, agrosque in ultimis Macedoniae finibus assignat. Deinde ne Hercules Alexandri filius, qui tres annos quatuordecim excesserat, fauore paterni nominis in regnum Macedoniae uocaretur, occidi eum tacite

Plinius lib. XL. ac XV. Mirum de Abderitis, fedes propter ranarum & murium multitudinem, mutare coactis.

tacite cum matre Barsine iubet: corporaque eorum terra obrui, ne cades sepultura proderetur: & quasi parum facinoris in ipso primum rege, mox in matre eius Olympiade, ac filio admisisset, alterum quoque filium cum matre Roxane pari fraude interfecit, quasi regnum Macedoniae, quod adfectabat, aliter consequi, quam scelere non posset. Interea Ptolemæus cum Demetrio uuali proelio iterato concreditur, & amissa classe, hostisque concessa uictoria, in Aegyptum refugit. Demetrius filium Ptolemæi Leiticum, & fratrem Menelaum, amicosque eius, cum priuati instrumenti ministerio prouocatus, pari antea munere Aegyptum remittit. Et, ut adpareret eos non odij, sed dignitatis gloria accensos, donis muneribusque inter ipsa bella contendebant. Tanto honestius tunc bella gerebantur, quanto nunc amicitie coluntur. Hac uictoria clatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio adpellari à populo iubet. Ptolemæus quoque, ne minoris apud suos autoritatis habere tur, rex ab exercitu cognominatur: quibus auditis, Cassander & Lysimachus, & ipsi regiam sibi maiestatem uendicauerunt. Huius honoris ornamentis tandiu omnes abstinerunt, quam diu filij regis sui superesse poterunt. Tanta in illis uerecundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro iustus heres fuit. Sed Ptolemæus & Cassander, ceterique factionis alterius duces,

Impietas & crudelitas in Callandro.

Victoria Demetrii ad Cyprum de Ptolemæo. Paucis uero ante diebus Athenas Demetrius à Demetrii Phalarai tyrantide liberauit. *ἐπιχώματα.*

Regum nomen primū usurpatū ab Alexandri principibus.

Cōmune re- ces, cūm carpi se singulos ab Antigono uiderent, dū pri-
 uatum singulorū, nec cōmune uniuersorū bellū ducunt:
 nec auxiliū ferre alter alteri uolūt, quasi uictoria unū
 us, non omnīū foret, per epistolas se inuicem cōfirmantes,
 tempus, locum cōeundi cōducunt, bellūq; cōmuni-
 bus uiribus instruunt. Cui cūm Caßander interesse pro-
 pter finitimiū bellum non posset, Lysimachū cum ingentibus
 copijs in auxiliū socijs mittit. Erat hic Lysima-
 chus illustri quidem Macedonia loco natus, sed uirtutis
 experimentis omni nobilitate clarior: quæ tanta in illo
 fuit, ut animi magnitudine, philosophia ipsa, uirūq; gloria
 omnes, per quos oriens domitus est, uicerit.
 Aliter Plutarchus de morte Calisthenis scribit in Alexā-
 dro. Fabulam esse putat. Q. Curt. hinc ortam, quod Lysima-
 chus quondam cūm uenaretur in Syria, occiderat
 eximia magnitudinis leonem solus, &c.

Calisthenes. Quippe cum Alexāder Magnus Calisthenē philosophū
 propter salutationis Persicæ interpellatū morē, insidiatū
 rum quæ sibi paratæ fuerāt, consētiū fuisse iratus sinxisset,
 eumq; truncatis crudeliter mēbris, abscisīs auribus
 ac naso, labijsq; deforme ac miserandū spectaculum reddidisset,
 insuper cum cani in cauea clausum, ad metum ceterorū
 circumferret: tunc Lysimachus audire Calisthenem, & precepta
 ab eo recipere uirtutis solitus, miseratus tanti uiri, non modò
 culpæ, sed libertatis pœnis pendentis, uenenum ei in remedium
 calamitatū dedit: quod ad egrē Alexander tulit, ut cum obijci
 ferocissimo

cissimo leoni iuberet. Sed cūm ad conspectū eius concitus
 leo impetum fecisset, manū amiculo inuolutā Lysimachus
 in os leonis immerisit, arreptaque lingua feram exanimauit.
 Quod cūm nunciatum regi esset, admiratio in satisfactio-
 nem cecidit, charioremq; eum propter constantiā tantæ
 uirtutis habuit. Lysimachus quoq; magno animo regis,
 ueluti parentis tulit contumeliā. Deniq; omni ex animo
 huius facti memoria exturbata, postea in India insectanti
 regi quosdā palātes hostes, cūm à satellitum turba
 equi sui celeritate desertus esset, solus ei per immensas
 arenarū moles, cursus comes fuit. Quod idem antea
 Philippus frater eius cūm facere uoluisset, inter manus
 regis expirauerat. Sed Lysimachū desiliēs equo Alexander
 hastæ cuspide ita in frōte uulnerauit: ut sanguis
 aliter claudi non posset, quā diadema sibi demptum
 rex alligandi uulneris causa capiti eius imponeret:
 quod auspiciū primū regalis maiestatis Lysimacho fuit.
 Et post mortem Alexandri, cūm inter successores
 Alexandri provinciæ diuiderentur, ferocissimæ gentes,
 quasi omnium fortissimo adsignatæ sunt. Ad eō cūm
 consensu uniuersorum palmam uirtutis inter ceteros
 tulit. Prius quā bellum inter Ptolemæū sociosq; eius
 aduersus Antigonum committeretur, repente ex Asia
 maiore digressus Seleucus, nouus Antigono hostis accesserat.
 Huius quoq; & uirtus clara, & origo admirabilis fuit.
 Siquidem mater eius Laodice, cūm nupta esset

Exemplū ferocitatis Lysimachi.

Thraces & Ponticos intelligit.

Seleuci regis Syria origo. Leodice.

esset Antiocho, claro inter Philippi duces uiro, uisa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, grauidanq; factam, munus concubitus annulum a deo accepisse, in cuius gemma anchora sculpta esset, uisq; id donum filio, quem peperisset, dare. Admirabile fecit huc usum & annulus, qui postera die eiusdem sculpturae in lecto inuentus est: & figura anchorae, quae in femore Seleuci nata, cum ipso paruo fuit. Quam ob rem Laodice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua dedit. Vbi post mortem Alexandri, occupato regno orientis, urbem cōdidit, ibiq; geminae originis memoriam consecrauit. Nam & urbem ex Antiochi patris nomine, Antiochiam uocauit, & campos uicinos urbi, Apollini dicauit. Originis eius argumentum etiam posteris mansit. Siquidem filij, nepotesq; eius anchoram in femore, uelut notam generis naturalem habuere. Multa in oriente post diuisionem inter socios regni Macedonici, bella gessit. Principio Babyloniam cepit. Inde auctis ex uictoria uiribus, Baetrianos expugnat: transitum deinde in Indiam fecit, quae post mortem Alexandri, ueluti & ceruicibus iugo seruitutis excusso: praefectos eius occiderat. Autor libertatis Sandrocottus fuerat, sed titulum libertatis post uictoriam in seruitutem uerterat: siquidem occupato regno, populum, quem ab externa dominatione uendicauerat, ipse seruitio premebat. Fuit hic

Antiochia
conditur.

Anchora naturalis nota
Antiochi &
eius nepotū.
Seleuci gesta

Sandrocottus

hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem maiestate numinis impulsus. Quippe cum procacitate sua Alexandrum regem offendisset, interfici à rege iussus, salutem pedum celeritate quaesierat. Ex qua fatigatione cum somno captus iaceret, leo ingentis formae ad dormientem accessit, sudoremque profluentem lingua ei deterfit, exprogerfactumq; blandè reliquit. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos ad nouitatem regni sollicitauit: molienti deinde bellum aduersus praefectos Alexandri, elephantus ferus infinitae magnitudinis ultrò se obtulit, & uelut domita mansuetudine eum tergo excepit: duxque belli, & praelator insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus, ea tempestate, qua Seleucus futurae magnitudinis fundamēta iaciebat, Indiam possidebat, cum quo facta pactione Seleucus, compositis que in oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur omnium sociorum & copijs, praelium committitur. Quae conficiebant LXIII. M. peditum, equitū X. M. D. elephantos CCCC. currus C. XX. Plut. in Demet. Antigonus vincitur & occiditur Plut. in uita Demetrii. In eo Antigonus occiditur. Demetrius filius eius in fugam duxerat emmetitur. Sed socij, profligato hostili bello, denuò in se hiam Stratonice uxorem metipsum arma uertunt: et cū de praeda non cōueniret, iterū in duas factiones deducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemaeus Lysimacho iungitur: Casadro defuncto, Philippus filius succedit: sic quasi ex integro, noua Macedoniae bella nascuntur.

Mirum de
leone.

Elephantus
spōte se San-
drocotto of-
fert.

Duxerat em
Demetrii fi-
liam Strato-
nicē uxorem
Seleucus.

170
IVSTINI HISTORICI
LIBER XVI.

OST Casandri regis filijq; eius
Philippi continuis mortis, Thes-
salonice regina, uxor Casandri
non magno post tempore ab Anti-
patro filio, cum uitam etiã per ube-
ram materna deprecaretur, occidis-
tur. *Causa parricidij fuit, q; post mortem mariti in dis-
uisione inter fratres regni, propensior fuisse Alexandro
uidebatur. Quod facinus eo grauius omnib; uisum est,
quod nullũ maternæ fraudis uestigium fuit: QUA-
QUAM IN PARRICIDIO NULLA SA-
TIS IUSTA CAUSA AD SCLERIS
PATROCINIA PRAETEXI POTEST.*

παιδ.
Mater à filio
necata Plut.
in Demetrii
uita.

Bellum inter
duos fratres,
Antipatrũ &
Alexandrum
filios Casan-
dri.
Pyrrhum au-
xilium fuisse
Alexandro
scribit Plut.
Ob hæc igitur Alexander in ultione maternæ necis, ge-
sturus cum fratre bellum, auxilium à Demetrio petit.
Nec Demetrius spe inuadendi Macedonici regni morã
fecit: cuius aduentum uerens Lysimachus, per suadet ge-
nero suo Antipatro, ut malit cum fratre in gratiam re-
uertit, quã paternum hostem in Macedoniam admitti.
Alexander occiditur à Demetrio post conuiuium in ur-
be Laryssa Thesaliæ, vno quippe die anteuertens Ale-
xandrum, Plutarchus.
Oratio Demetrii ad Macedones, qua cedem excusat.
Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem, cum
praesens

praesensisset Demetrius, per insidias Alexandrum interfi-
cit, occupatoq; Macedonia regno, cadẽ apud exercitiã
excusaturus, in concionem uocat. Ibi priorem se petitã
ab Alexandro allegat, nec fecisse se, sed occupasse insi-
dias. Regem autem se Macedonia uel ætatis experimen-
tis, uel causis iustiore esse. Patrem enim suum & Phi-
lippo regi, & Alexandro Magno socium in omni mili-
tia fuisse: liberorum deinde Alexandri ministrum, et ad
Persequendos defectores ducem extitisse. Contra Anti-
patrum auum horum adolescentium, amariorem sem-
per ministrũ regni, quã ipsos reges fuisse. Casandrum
uero patrem extinctorem regie domus, non famie-
nis, non pueris pepercisse: nec cessasse, quoad omnem
stirpem regie sobolis deleret. Horum scelerum ultio-
nem, quia nequisset ab ipso Casandro exigere, ad li-
beros eius translata. Quam ob rem etiam Philippum
& Alexandrum (si quis manium sensus est) non inter-
fectores suos, ac stirpis suæ, sed ultores eorum, Mace-
donia regnum tenere malle. Per hæc mitigato popu-
lo, rex Macedonia appellatur. Lysimachus quoq; cum
bello † Dromichetis regis Thracum premeretur, ne
eodem tempore & aduersus Demetrium dimicare ne-
cesse haberet: tradita ei altera parte Macedonia, que
Antipatro eius genero † obuenerat, pacem cum eo
fecit. Igitur Demetrius totis Macedoniae regni uiribus
instructus, cum Asiã occupare statuisset, iteratõ Ptole-
meus,

Demetrius
Macedoniae
rex cognom-
ento πολι-
πρακτης

Doricetis.
Dromiches.
† Sic Plutar.
logice: alij Do-
ricetis.
† eueniat.
Regũ conspi-
ratio de bel-
lo aduertus.

Demetrium
communiter

perondo.

Unives. de iusto

Pyrrhus

Epyri rex.

Biblioteca

Antipater
interficietur.

De Demetrii
morte Pluta.

Ptolemaeus
magis moritur.

Aegypti rex
II. Ptolemaeus
quinadesimo.

maeus, Seleucus, & Lysimachus experti priore certamine, quantae vires concordiae essent, pacta societate, adunatisq; exercitibus, bellum aduersus Demetrium transferunt in Europam. His comitem se & belli socium iungit Pyrrhus rex Epyri: sperans, non difficiliter Demetrium Macedoniae amittere posse, quam acquisierat: nec spes frustra fuit. Quippe exercitu eius corrupto, ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniae occuparat. Dum haec aguntur, Lysimachus generum suum Antipatrum, regnum Macedoniae ademptum sibi, socii fraude querentem interfecit: filiamque suam Euridicem querelariam sociam in custodiam tradit. Atque ita uniuersa Cassandri domus Alexandro Magno, seu necis ipsius, seu stirpis extinctae, poenas partim caede, partim supplicio luit. Demetrius quoque a tot exercitiibus circumuentus, cum posset honeste mori, turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello, Ptolemaeus cum magna rerum gestarum gloriamoritur. Is contra iugentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem regnum tradiderat, eiusque rei populationem reddidit: cuius non minor fauor in accipiendo, quam patris in tradendo regnum fuerat. Inter caetera patris & filij mutuae pietatis exempla, etiam eares amorem patris populi iuueni conciliauerat: & pater regno ei publice tradito, priuatum officium regi inter satellites fecerat: omnique regno pulcherrimus, regis esse patrem dixerat. Sed inter

ter Lysimachum & Pyrrhum regem, socios paulo ante aduersus Demetrium, ASSIDVVM INTER PARES DISCORDIA MALVM, bellum mouerat. Victor Lysimachus, pulso Pyrrho, Macedoniae occupauerat. Inde Thraciae, ac deinceps Heraclae bellum intulerat: cuius urbis & initia, & exitus mirabiles fuere: Quippe Boeotij pestilentia laborantibus, oraculum Delphis responderat: Coloniam in Pontiregione sacram Herculi cõderent. Cum propter metum longae & periculose nauigationis, mortem in partem omnibus praepotantibus, res omisa esset, bellum his Phocenses intulerunt. Quorum cum aduersa praesentia paterentur, iterato ad oraculum decurrunt: responsum, idem belli, quod pestilentiae remedium fore. Igitur conscripta colonorum manu, in Metapontum delati, urbem Heraclaeam condiderunt. Et quoniam fatorum auspicijs in eas sedes delati erant, breui post tempore magnas opes parauere. Multa deinde huius urbis aduersus finitimos bella, multa etiam domesticae dissensionis mala fuere. Inter caetera magnifica, uel praecipue illud memorabile fuit: Cum rerum potrentur Athenienses, uictisq; Persis, Graeciae & Asiae tributum in tutelam classis descripsisset, omnibus cupide ad praesidium salutis suae conferentibus, soli Heraclienfes, ob amicitiam regum Persicorum, collationem abnuerant: Missus Malachus, itaque ab Atheniensibus Malachus cum exercitu ad ex-

Bellum Lyfi-
machi & pyr-
rhi

Origo Urbis
Heraclae.

Oraculum.

Heraclienfi-
um gesta.

torquens



Exemplum constantia.

Exemplu hu manitatis in hostes, et populatio nem.

Thucydides ἡ δὲ πόλις ἡ δὲ πόλις

Epaminondas

Clearchus. Κλεάρχου

Mithridates.

torquendum quod negabatur: dum relictis in littore nauibus, agros Heracliensium populatur, classem cum maiore parte exercitus, naufragio repentinae tempestatis amisit. Itaque cum neque mari possent amissis nauibus, neque terra auderent cum parua manu inter tot ferocissimas gentes reuerti, Heraclenses honestiorum beneficij, quam ultionis occasione rati, instructos com meatibus auxilijsque dimittunt, bene agrorum suorum postulationem existimantes, si quos hostes habuerant, amicos reddidissent. Passi sunt inter plurima mala etiam tyrannidem: siquidem cum plebs etiam noua tabulas, et diuisionem agrorum diuitem impotentem flagitare, diu re in Senatu tractata, cum exitus rei non inueniretur, ad postremum aduersus plebem nimio ocio lasciuentem, auxilia a Timotheo Atheniensium ducta, mox ab Epaminonda Thebanorum petiuere. Vtrisque negantibus, ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt. Tanta calamitatum necessitas fuit, ut cui patriam interdixerant, eum ad tutelam patriae uocarent. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, et dissensionem populi, occasionem inuadendae tyrannidis existimans, primo tacite cum Mithridate ciuium suorum hoste colloquitur: et inita societate pacifecitur, ut reuocatus in patriam, prodita ei urbe, praefectus eius constitueretur. Postea autem insidias, quas ciuibus parauerat, in ipsum Mithridatem uerterat. Namque

cum uelut arbiter ciuili discordiae, de exilio reuersus esset, statuto tempore quo urbem Mithridati traderet, ipsam cum amicis suis cepit, captumque accepta ingenti pecunia, dimisit. Atque ut in illo subitum se ex socio fecit hostem, sic ex defensione Senatoriae causae repente patronus plebis euasit: et aduersus autores potentiae suae, a quibus reuocatus in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accendit, uerum etiam nefandissima quaeque tyrannica crudelitate exercuit. Igitur populo ad concionem uocato, neque se affuturum amplius grassanti in populum Senatui, nec intercessurum etiam si in pristina saeuitia perseueret: et si pares se crudelitati Senatorum arbitrarentur, abiturum cum militibus suis, neque ciuilibus discordijs interfuturum. Si uero diffidant uiribus proprijs, iudicem se ciuium non desuturum. Proinde consulant sibi ipsi, iubeant abire, si malint, uel socium cause popularis remanere. His uerbis sollicitata plebs summum ad eum imperium defert: et dum Senatus potentiae irascitur, in seruitutem se tyrannicae dominationis coniugibus et liberis tradit. Igitur Clearchus LX. Senatores comprehensos (nam ceteri in fugam dilapsi erant) in uincula compingit. Latari plebs, quod a duce potissimum Senatorum, Senatus deleretur, uerum uice potissimum auxilium eorum in exitum conuersum esset: quibus dum mortem passim omnibus minatur, chariora eorum pre-

Verispellis & fraudulētus Clearchi amicus.

Clearchi tyrannidem affectantis oratio ad populum.

Clearchi tyranni saeuitia & crudelitas

potissimum.

tia

cia facit. Siquidem Clearchus magna pecunia (quasi mis-
nis populi occultè eos subtrahitur) accepta, spoliatus
fortunis, uita quoq; spoliatus. Cognito deinde, quod bel-
lum sibi ab ijs, qui profugerant, misericordia in auxi-
lium sollicitatis ciuitatibus, pararetur, seruos eorum
manumittit: & ne quid in afflictis honestissimis domi-
bus deesset, uxores eorum, filiasq; nubere seruis suis,
proposita recusantibus morte, compellit: ut eos sibi fra-
tiores, & dominis infestiores redderet. Sed matronis
tam lugubres nuptiae grauiorens repentinis funeribus
fruire. Itaq; multae se ante nuptias, multae in ipsis nuptiis
occisis prius nouis maritis, interficiunt: & se tam fun-
nestis calamitatibus uirtute ingenii pudoris eripiunt.
Proelium deinde committitur, quo uictor tyrannus, cae-
ptiuos Senatores in triumpho modum, per ora ciuium
trahit. Reuersus in urbem alios uincit, torquet alios,
alios occidit: nullus locus urbis à crudelitate tyranni
uacat. Accedit seuitiae insolentia, crudelitati arrogan-
tia. Interdum enim ex successu continuae felicitatis, obli-
uiscitur se hominem. Interdum Iouis filium se dicit. Eunt
ti per publicum aurea Aquila, uelut argumentum ge-
neris, praeferebatur: ueste purpurea, & cothurnis re-
gum tragicorum, & aurea corona utebatur: filium quo-
que suum Ceraunon uocat, ut deos non mendacio tan-
tum, uerum etiam nominibus illudat. Haec illum facere
duo nobilissimi iuuenes, Chion & Leonides, indignan-
tes,

Heraclien-
um matrona
ram clades.

Demothe-
nes: βασιλεύς
ἔργων ἀ-
πας, ἔχθρὸς
ἰλευσπία, ἡδὲ
ὄμοιοι ἰαν-
τίδ.

Κεραυνός.
Sic Graeci ful-
men uocant.

tes, patriam liberaturi, in necem tyranni conspirant. Chionis &
Leonideo-
spiratio.
Erant hi discipuli Platonis philosophi, qui uirtutem,
ad quam quotidie perfectis praecipis magistri erudie-
bantur, patriae exhibere cupientes, quinquaginta co-
gnatos, ueluti clientes in insidijs locant. Ipsi more iur-
gantium ad tyrannum, ueluti ad regem in arcem con-
tendunt; qui iure familiaritatis admissi, dum alterum
priorem dicentem intentus audit tyrannus, ab altero
occupatur. Sed ipsi, socijs tardius auxilium ferentibus,
à satellitibus obruuntur. Quare factum est, ut tyran-
nus quidem occideretur, sed patria non liberaretur.
Nam frater Clearchi Satyrus eadem uia tyrannidem Satyrus.
inuadit, multisq; annis per gradus successionis Hera-
clienfes sub regno tyrannorum fruire.

Terra
motus

IVSTINI HISTORICI

LIBER XVII.

Terra
motus



ER idem ferme tempus in Hel-
lesponti, et Chersonesi regioni Terre motus
bus terrae motus fuit maximus.
Tantum urbs Lysimachia ante
duos & uiginti annos à Lysi-
macho condita, euersa est: quod
portentū dira Lysimacho, stira-

M

pijs

Anno ab vr-
becoudita
CCCC
LXIII.
Orosius.
Epyrotici
regni origo.
Pyrrhus A-
chyllis filius.

la dilationis ex infirmitate uirū uenia esset, V. milia p̄
ditum, equitū quatuor milia, elephantos L. nō amplius,
q̄ in biennij usum dedit. Ob hæc Pyrrhus filia Ptolemei
in matrimonium accepta, uindicem cum regni reliquit.
Sed quoniam ad Epyri mentionem uenium est, de origi-
ne regni eius pauca narranda sunt. Molossorū primum
in ea regione regnum fuit. Post Pyrrhus Achyllis filius,
amisso per absentiam Troianis temporibus paterno re-
gno, in his locis consedit, qui Pyrrhidae primo, postea
Epyrote dicti sunt. Sed Pyrrhus cum in templum Dodo-
nei Iouis ad consulendum uenisset, ibi Anassan neptem
Herculis rapuit: ex cuius matrimonio octo liberos sus-
tulit. Ex his nonnullas uirgines nuptu finitimis regibus
tradidit, opesq; ad finitimum auxilio magnas parauit.
Vergilius: Hic incredibilis rerum fama occupat aures.
Priamedem Helenum Graias regnare per vrbes, Con-
iugio Acacidae Pyrrhi sceptrisq; potitum, &c. Proditio-
ne Maharei sacerdotis, Eusebius.

Atq; ita Heleno filio Priami regis, ob industriam singu-
larem uaticinandi, regnum Chaonum, & Andromachē
Hectoris, q̄ & ipse matrimonio suo in diuisione Troia-
ne prædæ acceperat, uxore reddidit: breuiq; post tem-
pore Delphis, insidijs Orestis filij Agamemnonis inter
altaria Dei interijt. Successor huic Pilades filius fuit.
Per ordinem deinde regnum ad † Arymbam descendit:
cui quoniam pupillus & unicus ex gente nobili superes-
set, intentiore omnium cura seruandæ eius, educandiq;,
publicè

Pyrrhi suc-
cessores.
Arymbas.
Arybam.

publicè tutores cōstituuntur. Athenas quoq; erudiendæ
gratia missus, quanto doctior maiorib. suis, tanto et gra-
tior populo fuit. Primus itaq; & leges, et senatū, annu-
osq; magistratus, et Reipublicæ formā cōposuit, & ut à
Pyrrho sedes, sic uita cultior populo ab Arymba statu-
ta. Huius filius Neoptolemus fuit, ex quo nata est Olym-
pias mater Alexandri Magni, & Alexander, qui post eum
regnū Epyri tenuit, & in Italia bello gesto, in Brutijs
interijt. Post eius mortē frater Acacides regno successit,
qui assiduus aduersus Macedones bellorū certaminibus,
populū fatigado offensam ciuū cōtraxit: ac propterea
in exiliū actus, Pyrrhū filium bimū, admodū paruulum
in regno reliquit: qui & ipse cum à populo propter o-
dium patris ad necem quæreretur, surtim subtractus in
Illyrios deferretur, traditusq; est Beroæ, Glaucie regis u-
xori nutriendus, quæ & ipsa generis Acacidarum erat.
Ibi eum, seu misericordia fortune eius, seu infantilibus
blandimentis inductus rex, aduersum Cassandrum Ma-
cedoniæ regem, qui cum belli cōminatione deposcebat,
diu protexit, addito in auxilium etiam adoptionis offi-
cio. Quibus rebus moti Epyrote, odio in misericordiā
uerso annorum XI. cum in regnum reuocauerunt: da-
tis tutoribus, qui regnum usq; ad adultam eius ætatem
tuerentur. A dolenscens deinde multa bella gessit, tantus-
que rerum successu haberi ceptus est, ut Tarentinos so-
lus aduersus Romanos tueri posse uideretur.

Neoptole-
mus.
Olympias.
Alexander.
Acacides Py-
rhi pater.
Pyrrhus.
Est Pyrrhus
seruatus ab
Androclite
& Angelo.
Plutarch. in
Pyrrhivita.
Adgenua en-
deuolutum
puerum mo-
uestem regi
apprehēdit
scribit Plut.

IUSTINI HISTORICI
LIBER XIII.



Igitur Pyrrhus rex Epyri, cum iterata Tarentinorū legatione, additis Samnitum & Lucanorum precibus, & ipsis auxilio aduersus Romanos indigētibus fatigaretur, nō tam supplicium precibus, q̄ spe inuadendi Italiae imperij inductus, uenturū se cum exercitu pollicetur.

In quam rem inclinatū semel animum praecepit agere ceperant exempla maiorum: ne aut inferior patruo suo Alexandro uideretur, quo defensore ijdem Tarentini aduersus Brutios usi fuerant: aut minores animos Magno Alexandro habuisse, qui tam longa à domo militia

Orientem subegit. Igitur relicto custode regni, filio Prolemeo annos XV. nato, exercitū in portu Tarentino

exponit, duobus paruulis filijs Alexandro & Heleno, in solatia lōginque secum expeditionis adductis. Cuius adito aduentu, cōsul Romanus Valerius Leuinus festinas, ut prius cum eo congregaretur, q̄ auxilia sociorū conuenirent, exercitum in aciem deducit. Nec rex, tametsi

numero militum inferior esset, certamini moram fecit, sed Romanos uincētes iam, inusitata ante elephantorū forma stupere primō, mox cedere proelio coegit, uictor

resq;

resq; iam noua Macedonum monstra repente uicerat, nec hostibus incruenta uictoria fuit. Nam & ipse Pyrrhus grauius uulneratus est, et magna pars militū eius caesa, maioremq; gloriam eius uictoriae, q̄ letitiam habuit. Huius pugnae euentū multa ciuitates secuta, Pyrrho se tradūt. Inter ceteros etiam Locri prodito praesidio Romano ad Pyrrhū deficiūt. Ex ea praeda Pyrrhus serunt caesos CC. captiuos milites gratis Romanis remisit, ut cognita

uirtute eius, Romani cognoscerēt etiam liberalitatem. Interiectis deinde diebus, cum sociorum exercitus superuenisset, iteratō proeliū cum Romanis facit, in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago dux Carthaginensium in auxilium Romanorum cum C. XX. nauibus missus, senatum adiit: agere tulisse Carthaginenses

affirmans, quōd bellum in Italia à peregrino rege pateret. Ob quam causam missum se, ut quoniam externis

no hoste oppugnarentur, externis auxilijs iuuarentur. Gratia à senatu Carthaginensibus acta, auxiliaq; remissa. Sed Mago Punico ingenio, post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginensium, Pyrrhum adiit, speculaturus consilia eius de Sicilia, quōd cum accersiri fama erat. Nam Romanis eadem causa mittēdi auxilia

Carthaginensibus fuerat, ut Romano bello, ne in Siciliam Pyrrhus transire posset, in Italia detineretur.

Plutarchus refert Cineam à Pyrrho de agenda pace ad Romanos missum, non Fabricium à Romanis ad Pyrrhum: Obtinuit autem Appius Claudius Cæcus, ne

resq;

resq;

resq;

resq;

resq;

Sirim fluuiū.

Nam elephā-

tes Italia pri-

mū uidit Pyr-

rhi bello, Plu-

lib. 8. cap. 6.

Victoria Pyr-

rhi XIII. M.

serunt caesos

ex Epyrotis:

Plutarchus.

Secunda pu-

gna cōmissa

est ad Aesculā

uribem.

Tota uerō

hæc historia

copiose a Plu-

tarcho in

Pyrrhivita

describitur.

Auxilia Car-

thaginensium.

Mago.

Punica fides

& ingenium.

das atque pax fieret. Obserua quæ hic de Fabricio nar-
rat Plutarchus.

Dum hæc aguntur, legatus à Senatu Romano Fabria-
cius Lucinus missus, pacem cum Pyrrho composuit: ad
quam confirmandam, Cyneas Romanum cum ingentibus
à Pyrrho donis missus, neminem, cuius domus muneribus
pateret, inuenit. Huic continentie Romanorum simile
exemplum isdem ferme temporibus fuit. Nam missa
è senatu in Aegyptum legatione, cum ingentia sibi
à Ptolemæo rege missa munera spreuissent, interiectis
diebus ad coenam inuitatis, aureæ coronæ missæ sunt,
quas illi honoris causa receptas, postera die statuis regis
imposuerunt.

Fuit hic Cyneas Demosthenis auditor, cuius eloquætia
plures vrbes, quàm suis armis subactas esse dicebat Pyrrhus.
Igitur Cyneas cum turbatam cum Romanis pacem ab
Appio Claudio renūciasset, interrogatus à Pyrrho, qualis
Roma esset, respondit, regum urbem sibi uisam. Post
hæc legati Siculorum superueniunt, tradentes Pyrrho totius
insule imperium, quæ assiduis Carthaginensium bellis
uexabatur. Itaque relicto Locris Alexandro filio, formas
tisque ciuitatibus ualido præsidio, in Siciliam exercitum
traiecit. Et quoniã ad Carthaginensium mentionem uen-
tum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis
Tyriorum paulò altius rebus, quorum casus etiam dolendi
fuerunt. Tyriorum gens condita à Phœnicibus fuit, qui
terremotu uexati, relicto patriæ solo, Assyrium sta-

gnunt

gnum primò, mox mari maximum littus incoluerunt,
condita ibi urbe quàm à piscium ubertate Sidonia ap-
pellauerunt. Nam pisces Phœnices Sidon uocant. Post
multos deinde annos à rege Ascaloniorum expugnati,
nauibus appulsi, Tyro urbem ante annum Troiana cla-
dis cõdiderunt. Ibi Persarum bellis diu uarieq; fatigati,
uictores quidem fuere, sed attritis uiribus, à seruis suis,
multitudine abundantibus, indigna supplicia perpe-
sunt, qui conspiratione facta, omnem liberum populum feruorum in
cum dominis interficiunt. Atque ita potiti urbe, lares do-
minorum occupant, Rempublicam inuadunt: coniuges
ducunt, et quod ipsi non erant, liberos procreant. Vnus
ex tot millibus seruorum fuit, qui miti ingenio senis do-
mini, paruulique filij eius fortuna moueretur, dominosque
non truci feritate trucidauit, sed pia misericordia, ac hu-
manitate respexit. Itaque cum uelut occisos alienasset, ser-
uisque de statu Reipublicæ deliberantibus, placuisset regem
ex suo corpore creari, cumque potissimum quasi acceptissi-
mum dijs, qui solè orientè primus uidiisset, rem ad Stra-
tonem (hoc enim ei nomen erat) dominum occultè laten-
tem detulit. Ab eo informatus, cum medio noctis omnes
in unum campum processissent, ceteris in orientem spe-
ctantibus, solus occidentis regionem intuebatur. ad pri-
mum alijs uideri furor, in occidente solis ortum querere.
Vbi uerò dies aduētare cepit, editissimisq; culminibus
bis oriens splendere, expectantibus alijs, ut ipsum so-

M S lene



Pyrrho tradi-
tur Sicilia.

De Carthagi-
nensium ori-
gine.

lem aspicerent, hic primus omnibus fulgorē solis in summo fastigio ciuitatis ostēdit. Non seruilis ingenij ratio uisa, requirētibusq; autorē, de domino cōsistitur. Tunc intellectum est, quantum ingenua seruilibus ingenia preestarent, malitiāq; seruos, non sapientia uincere. igitur uenia seni, filioq; data est, & uelut numine quodam reseruos arbitantes, regem Stratonem creauerunt. Post cuius mortem regnum ad filium, ac deinde ad nepotes transit. Celebre hoc seruorū facinus metuendumq; exemplum toto orbe terrarum fuit. Itaq; Alexāder Magnus cum interiecto tempore in Oriēte bellum gereret, uelut ultor publicæ securitatis expugnata corū urbe, omnes, qui prælio supersuerant, ob memoriam ueteris cædis crucibus adfixit. Genus tantum Stratonis inuolutum seruauit, regnumq; stirpi eius restituit, ingenio & innoxijis incolis insule attributis, ut extirpato seruili germine, genus urbis ex integro conderetur. Hoc igitur modo Tyrij Alexandri auspicijs conditi, parsimonia, & labore querendi citō conualuēre. Ante cladem dominorum cum & opibus & multitudine abundarēt, missa in Africam iuuentute, Vticam condidēre: cum interim rex Tyro decedit, filio Pygmalione, & Elisa filia insignis formæ uirgine, heredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. Elisa quoque Sichæo auunculo suo sacerdoti Herculis, qui honos secundus a rege erat, nupsit. Huic magna sed

Stratonis fo-
lertia.

Strator rex
creatur.

Alexāder ul-
tor crudeli-
tatis seruilis.

Vticæ condi-
tio.

Pygmalion
& Elisa.

Historia Di-
donis.

Huic coniūx
Sichæus erat

disimulatae opes erant, aurumq; meturegis, non tectis, sed terræ crediderat; quam rem, etsi homines ignorabant, fama tamen loquebatur: qua incensus Pygmalion, oblitus iuris humani, auunculum suum eundemq; generum suum sine respectu pietatis occidit.

Ille Sichæum Impius ante aras, atque auri cæcus amore. Clam ferro incautum superat; Virgilius 1. Aeneidos.

His cōmota fugam Dido, sociosq; parabat. Conuehiūt quibus aut odium crudele tyrāni. Aut metus acer erat.

Elisa diu fratrem propter scelus auersata, ad postremum

disimulato odio, mitigatoq; interim uultu, fugam tacite

molitur. Assumptisq; quibusdā principib. in societatem,

quibus odiū in regem esse, eandemq; fugiendi cupiditate

tem arbitrabatur. Tunc fratrem dolo aggreditur: fingit se ad eum migrare uelle, ne amplius ei mariti domus

cupide obliuionis, graue luctus imaginē renouaret: nec

ne ultra amara admonitio oculis eius occurrat. Non in-

uitus Pygmalion uerba sororis audiuit, existimans cum

ea et aurū Sichæi ad se uenturum. Sed Elisa ministros mi-

grationis a rege missos, nauibus cum opibus suis prima

uespera imponit, prouectaq; in altum, cōpellit eos one-

ra arena pro pecunia inuolucris. inuoluta, in mare de-

ijcere. Tunc deflens ipsa lugubriq; uoce † Sichæum exo-

rat, ut libens opes suas recipiat, quas reliquerat: habet

atq; inferias, quas habuerat † causa mortis. Tunc ipsos † Causam.

ministros adgreditur: sibi quidem, ait, optatā olim mor-

tem, sed illis acerbos cruciatus & dira supplicia immi-

ditissimus a-
gri Phenicū,
Vergilius.

Sichæus occi-
ditur.

Vifus enim
auget dolo-
rem, Cicer.

Didonis
astus.

† Sicharbum

† Causam.

uere,

nere, qui Sichei opes, quarum spe parricidium rex fecerit, auaritia Tyranni subtraxerunt. Hoc metu omnibus iniecto, comites fugae accepit. Iunguntur et senatorum in ea nocte preparata agmina, atque ita sacris Herculis, cuius sacerdos † Sicheus fuerat, repetitis exilio sedes quaerunt. Primus illis adpulsus terra Cyprus insula fuit, ubi sacerdos Iouis cum coniuge, et liberis, dei monitu comitem se Elysae, sociumque fortunae offert, pactus sibi, posterisque perpetuum honorem sacerdotij. Conditio pro manifesto omine accepta. Mos erat Cyprijs, uirgines ante nuptias, statutis diebus dotalam pecuniam quaesituras, in quaestum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri solenturas. Harum igitur ex numero LXXX. admodum uirgines rapi, et nauibus imponi Elisa iubet, ut exiuentus matrimonia, et urbs sobolem habere possit. Dihaec aguntur. Pygmalion cognita sororis fuga, cum impio bello fugientem persequi pararet, agere precibus matris, et decorum minis uictus, quieuit: cui, cum insperati uates canerent, non impune laturum, si incrementa urbis toto orbe auspiciatissime interpellasset. Et hoc modo spacium respirandi fugientibus datum. Itaque Elisa delata in Africa sinibus, incolae loci eius, aduentu peregrinorum, mutuarumque rerum commercio gaudentes, in amicitiam sollicitat. Deinde empto loco, quocoriorio bouis tegi possit, in quo fessos longa nauigatio

Mos Cypriorum profuturere uirgines ante nuptias

Didonis in Africam aduentus, Mercatorumque solum facti de nomine.

ne socios, quoad proficisceretur, reficere posset, cori-Byrsam. um in tenuissimas partes secari iubet, atque ita maus loco Taurino ci spacium, quam petierat, occupat: unde postea ei loco quatum possent circuda to Byrsae nomen fuit. Confluentibus deinde uicinis locis re tergo, corum, qui spe lucrum multa hospitibus uenalia inferebant, Virgilius. sedesque ibi statuentibus, ex frequentia hominum, uelut Byrta. instar ciuitatis effectum est. Vticensium quoque legati, dona ut consanguineis attulerunt, hortatique sunt, ut urbem conderent, ubi sedes sortiti essent. Sed et Afros de Carthago tinendi aduenas amor cepit. Itaque consentientibus omnibus Carthago conditur, statuto annuo uectigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubulum inuentum est, quod auspicium quidem fructuosae terrae, sed cium Carthago laboriosae, perpetuoque seruae urbis fuit, propter quod gnis. in alium locum urbs translata. Ibi quoque caput equi re- pertum, bellicosum, potentemque, populum futurum significans, urbi auspiciatam sedem dedit. Tunc ad opinionem nouae urbis concurrentibus gentibus, breui et populus, et ciuitas magna facta est. Cum successerent florentes Carthaginis opes essent, rex Mauritano rum Hiarbas, decem Poenorum principibus ad se accessit. Hiarbas. Getulorum regem Virgilius facit Hiarbam. Punicum ingenium. Elise nuptias sub belli denunciatione petit. Quod legati reginae referre metuentes, Punico cum ea ingenio egerunt, nunciantes regem aliquem poscere, qui cultiores mores, uictusque eum, Afrosque perdoceat, sed quenquam inuenire non posse, qui ad barbaros, et ferarum

Byrsam. Taurino quatum possent circuda re tergo, Virgilius. Byrta.

Carthago conditur.

Bouis & equi caput auspicium est, quod auspicium quidem fructuosae terrae, sed cium Carthago laboriosae, perpetuoque seruae urbis fuit, propter quod gnis.

Hiarbas. Getulorum regem Virgilius facit Hiarbam. Punicum ingenium.



varum more uiuentes transfere a consanguineis uelle.
Tunc a regina castigati, si pro salute patriae, asperiores
rem uitam recusarent, cui etiam ipsa uita, si rex exor-
gat, debeatur. Regis mandata aperuere dicentes: quae
praecipiat alijs, ipsi facienda esse, si uelit urbi consulam
esse. Hoc dolo capta, diu Sichaei uiri nomine, cum mille-
tis lachrymis, et lamentatione flebili inuocato, ad po-
stremum iuram se quod sua, et urbis fata uocarent, res-
pondit. In hoc trium mensium sumpto spacio, pyram in
ultima parte urbis extructa, uelut placatura uiri ma-
nes, inferiasque ante nuptias missura, multas hostias cae-
dit: et sumpto gladio pyram conscendit, atque ita ad pu-
pulum respiciens, iuram se ad uirum, sicut praeciperant
dixit, uitamque gladio finiuit. Quoad Carthago inuicta
fuit, pro dea culta est. Condita est urbs haec LXXII.
annis ante, quam Roma. Cuius uirtus sicut bello clara fuit,
ita domi status uarijs discordiarum casibus agitata
est. Cum inter caetera mala, etiam peste laborarent, con-
fusa sacrorum religione, et scelere pro remedio nihil
sunt. Quippe homines ut uictimas immolabant, et im-
puberes (quae aetas, etiam hostium misericordiam promou-
cat) aris admouebant, pacem deorum sanguine eorum
exposcentes, pro quorum uita dii rogari maxime sole-
nt. Itaque et aduersis tanto scelere numinibus, cum in Sicilia
dum infeliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello,
amissa maiore exercitus parte, graui proelio uicti sunt.

Didonis
mors.

Carthago an-
te Roma con-
dita annis
LXXII.
De origine,
conditoribus
anno condi-
tionis, mirae
variant auto-
res, uide Eu-
sebius &
Appianum.

Taueris.

Propter quod ducem suum Machaeum, cuius auspicijs, et Mezeum.
et Sicilia partem domuerant, et aduersus Afros ma- Orosius ha-
gnas res gesserant, cum parte exercitus, quae supersue- bet.
rat, exulare iusserunt. Quam rem aegre ferentes milites, Machaeus Car-
legatos Carthaginem mittunt, qui reditu primo, ueniamque thaginensium
infelicitis militiae petant: denuntiant, quod si precibus ne imperator
queant, armis se consecuturos. Cum preces et minae le- Carthaginens-
gatorum spretae essent, interiectis diebus, conscensis na- ses a suis op-
nibus, armati ad urbem ueniunt. Ibi deos hominesque testa pugnatur
tatem non se expugnatum, sed recuperatam patriam uenire, militibus.
esseurosque ciuibus suis, non uirtutem sibi priore bello,
sed fortunam deuisse. Prohibitis comeatibus, obsequiumque
urbe, in summam desperationem Carthaginenses addu-
xerunt. Interea Cartalo, Machaei ducis exulis filius cum
praeter castra patris a Tyro, quod decimas Herculis fer-
re ex praeda Siciliensi, quam pater eius ceperat, a Car-
thaginensibus missus fuerat, reuertetur, accersitusque
a patre esset, publice se prius regionis officia executu-
rum, quam priuata pietatis, respondit. Quam rem, et si aegre
ferret pater, non tamen uim afferre religioni ausus est.
Interiectis deinde diebus, Cartalo petito comatu a
populo, cum reuersus ad patrem esset, ornatusque purpu-
ra, et insulis sacerdotij, omnium se oculis ingereret,
tunc in secreto pater abducto, ait: ausus ne es, nefandis-
simum caput, ista purpura, et auro ornatus in conspe-
ctum tot miserorum ciuium uenire? et moesta ac lugen-
tia

Cartalo,

proe

tia castra, circūfluentibus quietæ felicitatis insignibus,
 uelut exultabundus intrare? Nusquam ne te alijs iactare
 re potuisti? Nullus locus aptior quàm sordes patris, &
 exilijs infelicis ærumnæ fuerunt? Quid, quod paulò ante
 uocatus, non dico patrem, ducem certè ciuium tuorum
 superbe spreuisti? Et quid porro tu in purpura ista, co-
 ronisq; aliud quàm uictoriarum mearum titulos geris? Quo-
 niam igitur tu in patre nihil nisi exulis nomen agnos-
 scis, ego quoq; imperatorem me magis, quàm patrem indica-
 bo, statuamq; in te exemplum, ne quis post hac infelicibus
 miserijs patris illudat, atq; ita cum ornatu suo in al-
 terius miserijs miseriam crucem, in conspectu urbis, affigi iussit. Post
 paucos deinde dies Carthaginē capit, euocatq; populo
 ad concionem, exilijs iniuriam queritur, belli necessi-
 tatem excusat: contemptumq; uictoriarum suarum, pa-
 tritis autoribus miserorum ciuium, iniuriosi exilijs omni-
 nibus se ueniam dare dicit. Atq; ita decem senatoribus
 interfectis, urbem legibus suis reddidit. Nec multò post
 tempore affectati regni accusatus, duplicis, & in filio
 parricidij, & in patria pœnas dedit. Huic Mago imperator
 successit, cuius industria, & opes Car-
 thaginensium, & imperij fines, & bel-
 licæ gloriæ laudes cre-
 uerunt.

IVSTI

IVSTINI HISTORICI

LIBER XIX.

Scipsum is Mago interfecerat ob rem malè gestā contra
 Syracusanos: ob quam rem in cruce sublatū est corpus
 mortuū à Carthaginensibus: Plut. in vita Timoleonis.
 Asdrubal & Amilcar cognomento Barcha.



Mago Carthaginensium imperator.

cum primus omnium ordinata di-
 sciplina militari, imperium Pœno-
 rum cōdidisset, uiresq; ciuitatis
 non minus bellandi arte, quàm uirtu-
 te firmasset, defungitur: relictis
 duobus filijs, Asdrubale et Amil-

care, quæ per uestigia paternæ uirtutis decurrētes, sicuti
 generi, ita et magnitudini patris successerūt. His ducibus
 Sardinia bellum illatū. Aduersus Afros quoq; uictigal
 pro solo urbis multorum annorum repetētes, dimicatū. Sed Bella Cartha-
 Afrorum sicuti causa iustior, ita et fortuna superior fuit: ginentium.
 bellūq; cum his solutione pecuniæ, non armis finitū. In
 Sardinia quoq; Asdrubal grauius uulneratus, imperio
 Amilcari fratri tradito, interijt: cuius mortē, tū luctus
 ciuitatis, tū et Dictaturæ undecim, & triumphū quatuor
 insignē fecere. Hostibus quoq; creuere animi, ueluti cū du-
 ce Pœnorum uires cōdidissent. Itaq; Siciliæ populis pro-
 pter asiduas Carthaginensium iniurias, ad Leonidā fra-
 trem regis Spartanorum concurrentibus, graue bellum

N

natum



Exemplarum
 delictatis pa-
 ternæ erga
 filium.

Cartalo fili-
 us à patre
 Machæo crui-
 ci affigitur.

Punita cru-
 delitas seu
 impietas in
 Machæo.
 Acta sunt hec
 ferè tempore
 Cyri regis,
 Orofius.

natum: in quo & diu, & uaria uictoria proeliati fuit. Dum hæc aguntur, legati à Dario Persarum rege Carthaginiem uenerunt, afferentes edictum, quo Perse humanas hostias immolare, & canina carne utsci prohibebantur: mortuorum corpora cremare potius, quam terra obruere à rege iubebantur: petentes simul auxilia aduersus Græcos, quibus illaturus bellum Darius erat. Sed Carthaginienses auxilia negantes propter absidia finitimorum bella, cæteris, ne per omnia continua ces uiderentur, cupidè paruere.

Miror quid uenerit in mentem Iustino, cur Hânibalem filium Afrubalis dicat, cum secus habeant oēs historici. Interea Amilcar bello Siciliensi interficitur, relictis tribus filijs, Amilcone, Hânone, Gisgone. Afrubali quoque par numerus filiorum fuit, Annibal, & Afrubal, & Sappho. Per hos res Carthaginiensium ea tempestate regerantur. Itaque Mauris bellum illatum, & aduersus Numidas pugnatum, & Afri compulsi stipendium urbis conditæ Carthaginiensibus remittere. Deinde cum sancta tanta imperatorum grauis liberæ ciuitati esset, omniaque agerent simul et iudicarent, C. ex numero Senatorum iudices deliguntur, qui reuersis à bello ducibus rationem rerum gestarum exigent, ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent, ut domi iustitiam, legesque respuerent. In Siciliam in locum Amilcaris imperator Amilco succedit: qui cum nauali terrestrique bello secunda prælia fecisset, repente pestilentis syderis ui exercitum am-

Amilcar occiditur.

Carthaginiensium imperatores.

† agerent malim. Amilcari Amilco succedit.

fit. Que res cum nunciata Carthagini esset, moesta ciuitas fuit: omnia ululatus non secus, ac si ipsa urbs capta esset, personabant: clausæ priuatae domus, clausa deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia priuata officia damnata. Cuncti deinde ad portum congregantur, egredientesque paucos è nauibus, qui cladi supersuerat, de suis percontantur. Ut uerò dubia antè spe, & suspenso metu, incerta orbitatis expectatione casus suorum miseris illuxit, tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ululatus, & querelæ flebiles audiebantur. Inter hæc procedit inops è nauis impetrator Amilco, sordida seruilique tunica distinctus: ad cuius conspectum plangentium agmina iunguntur. Ipse quoque manus ad caelum tendens, nunc sortem suam, nunc publicam fortunam deslet: nunc deos accusat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta uictoriarum, que ipsi dederant, abstulerint: qui captis tot urbibus, totiesque hostibus terrestri naualique proelio uictis, exercitum uictorem non bello, sed peste deleuerint. Deserre se tamen ciuibus suis non modica solatia, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent. Quippe neque eos, qui mortui sunt à se occisos, neque eos qui reuersi sunt, à se fugatos possint dicere. Prædam quam relictis à se castris abstulerint, non esse talem, quam uelut spoliū uicti hostis ostentent: sed quam possessione uacua, fortuitis dominorum mortibus, sicuti caduca occupauerint.

Carthaginiensium exercitus peste perijt.

Descriptio publici luctus.

Exemplum misere affectæ urbis.

Amilconis imperatoris querela.

Quod ad hostes pertinet, uictores se recepisse: quod ad pestem pertinet, uictos. Nihil tamen se grauius ferre, quam quod inter fortissimos uiros mori non potuerit: seruatusq; sit, non ad uitae iucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis, quanquam ubi miseris copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoque secuturum commilitones suos, ostensurumq; patriae, non ideo se in eam diem uixisse, quoniam uelit uiuere, sed ne hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hostium exercitus relictos, morte sua proderet. Tali uociferatione per urbem ingressus, ut ad limina domus suae uenit, prosequit tam multitudinem uelut postremo alloquio dimisit, obseratisq; foribus, ac nemine ad se, ne filijs quidem admisis, mortem sibi consciuit.

Miserabilis
Amilconis
exitus.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XX.

Dionysij se-
nioris gesta.



Dionysius ex Sicilia pulsus Carthaginensibus, occupatoq; totius insulae imperio, graue octu regno suo, periculosamq; desideriam tanti exercitus ratus, copias in Italiam traiecit, simul ut militum uires continuo labore acuo

acuerentur, & regni fines proferrentur. Prima illi milita aduersus Graecos, qui proxima Italici maris littora tenebat, fuit: quibus deuictis, finitimos quosq; aggreditur. Omnesq; Graeci nominis Italiam possidentes, hostis sibi destinat: quae gentes non partem, sed uniuersam ferme Italiam ea tempestate occupauerant. Deniq; multae urbes ad huc post tantam uetustate uestigia Graeci moris ostentant. Namq; Thuscorum populi, qui oram inferi maris possident, a Lydia uenerunt. Et Venetos, quos incolae superi maris uidentur, capta & expugnata Troia Antenore duce, misit. Adria quoque Illyrico mari proxima, quae & Adriatica mari nomen dedit, Graeca urbs est. Et Apros, qua Diomedes, exciso Ilio, naufragio in ea loca delatus, condidit, Sed & Pise in Liguria Graecos autores habent. Et in Thuscis Tarquinii a Thessalis & Spinambri, Perusini quoq; originem ab Achaeis ducunt. Quid Cere urbem dicam? Quid Latinos populos? qui ab Aenea conditi uidentur. Iam Falisci, lapigij, Nolani, Abelani, non ne Chalcidensium coloni sunt? Quid tractus omnes Campaniae? Quid Bruttij, Sabiniq;? Quid Sannites? Quid Tarentini, quos Laetionia profectos, Spuriusq; uocatos accepimus? Thurinorum urbem condidisse Philocteten ferunt, ibiq; adhuc monumentum eius uisitur. Et Herculis sagittae in Apollinis templo, quae fatum Troiae fuere. Metapontini quoq; in templo Mineruae ferramenta, quibus Epeus,

† Harpos.

Magna
Graecia.

Doli fabrica
rori fœdus.

Bella Italorū
inter sese.

Exemplū
delictis &
impietatis.

Crotoniēses.

Metapontini
† Alij manum
& pacē deæ.

Bellū Croto
niensū cum
Locrenſibus

Castor.
Pollux.

d quo conditi sunt, equum Troianum fabricavit, ostentant, propter quod omnis illa pars it die maior Græcia adpellatur. Sed principio originum Metapontinū cum Sybaritanis, & Crotoniensibus pellere cæteros Græcos Italia statuerunt. Cū primū urbem Syrim cepissent, in expugnationem eius L. iuvenes amplexos Mineruæ simulachrum, sacerdotemq; deæ uelatum ornamentis inter ipsa altaria trucidauerunt. Ob hoc cū peste, & seditionibus uexarentur, priores Crotonienses Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, finem mali fore, si uiolatum Mineruæ numen, & interfectorum manes placassent. Itaque cū statuas iuuenibus iustæ magnitudinis, & in primis Mineruæ fabricate cepissent, Metapontini cognito oraculo deorum occupandam & manum pacem & deæ rati, iuuenibus modica, & lapidea simulachra ponunt, et deam pænificijs placant. Atq; ita pestis utrobique sedata est, cū alteri magnificentia, alteri uelocitate certassent. Reueperata sanitate non diu Crotonienses quiescere. Itaque indignantes, in oppugnatione Syris auxilium contra se à Locrenſibus latum, bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenſes, ad Spartanos decurrunt, auxilium supplices deprecantur. Illi longinqua militia grauari, auxilium à Castore & Polluce petere eos iubent. Neq; legati sociæ urbis responsum spreuerunt. Profectiq; in proximum templum factō sacrificio auxilium deorum implorant.

litatis hostijs, obtentōq; ut rebantur, quod petebant, haud secus leti, quā si deos ipsos secū aduecturi essent, pulumaria ijs in naui componunt, faustiq; profectiombus, solatia suis pro auxilijs deportant. Us cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, uictoriæ facultatem, belli que prosperos euentus deprecantes. Responsum, prius uotis hostes, q̄ armis uincendos. Cū uouissent Apollini decimas prædæ, Locrenſes, & uoto hostium, & responso dei cognito, nonas uouerunt, tacitamq; eam rem habere, ne uotis uincerentur. Itaque cū in aciem processissent, & Crotoniensium CXX. millia armatorum constitissent, Locrenſes paucitatem suam circumſpicientes (nam sola XV. millia militum habebāt) omiſſa spe uictoriæ in desinatam mortem conspirāt: tantusq; ardor ex desperatione singulos cepit, ut uictores se putarent, si non inulti morerentur. Sed dum mori honestè querūt, felicius uicerunt. Nec alia causa uictoriæ fuit, q̄ quod desperauerunt. Pugnātibus Locris, Aquila ab acie nunq̄ recessit, eosq; tam diu circūuolauit, quoad uincerent. In cornibus quoque duo iuuenes diuerso à cæteris armorum habitu, eximia magnitudine, et albis equis, et coccineis paludamentis pugnare uisi sunt. Nec ultra adparuerunt, quā pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis famæ uelocitas. Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & Lacedæ

Oraculum.
Vota Crotonienſium & Locrenſium

Desperatio enim magnum ad honestè moriendum incitamentū est, Curtius, Victoria Locrenſium de Crotoniatis Augurium.

demone nunciata est victoria. Post hæc Crotoniensibus nulla uirtutis exercitatio, nulla armorum cura fuit. Oderant enim quæ infeliciter sumpserant: mutassentque uitam luxuria, ni Pythagoras Philosophus fuisset. Hic Sani, Demarato locuplete negotiatore natus, magnisq; sapientie incrementis firmatus, Aegyptum primo, mox Babyloniam ad perdiscendos siderum motus originemq; mundi spectandam profectus, summam scientiam consecutus erat. Inde ingressus Cretam & Lacedæmona, ad cognoscendas Minois & Lycurgi inchoatas ea tempestate leges, contenderat: quibus omnibus instructus Crotonam uenit, populumq; in luxuriam lapsissim, autoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabat quotidie uirtutem, & uicia luxuriæ contemnebat, casusq; ciuitatum hac peste perditarum enumerabat: tantumq; studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit, ut aliquos ex his luxuriatos in optima frugem conuersos fuisse incredibile uideretur. Matronarum quoq; separatam à uiris doctrinam, & puerorum à parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obsequia in uiros: nunc illos modestiam, & litterarum studium. Inter hæc uelut **GENITRICEM VIRTUTVM FRUGALITATEM** omnibus ingerebat: consecutus que assiduitate disputatorum erat: ut matrone auratas uestes, ceteraq; dignitatis suæ ornamenta, uelut instrumenta luxuriæ deponerent.

De Pythagora
uide Cicero-
nem lib. 2. de

Oratore, &
Liuu. 1. ab vr-
be condita.
Pythagoræ
peregrinatio

Pythagoræ
doctrina apud Cro-
tonienses.
Luxuriati, id
est, luxuria
corrupti.

Frugalitas.

rent, eaq; omnia delata in Iunonis eadem ipsi deæ consecrarent, proferens, **VERA ORNAMENTA MATRONARVM PVDICITIAM, NON VESTES ESSE.** In iuuentutem quoque quantum profugatum sit, uicti sceminarum contumaces animi manifestant. Sed CCC. ex iuuenibus cum sodalitiij iure, sacramento quodam nexi, separatam à ciuibus cæteris uitam exercerent, quasi cœctum clandestinæ coniurationis haberent, ciuitatem in se conuerterunt: quæ eos, cum in unam domum conuenissent, cremare uoluit. In quo tumultu LX, ferme homines perire, cæteri in exilium profecti. Pythagoras autem cum annos XX. Crotonæ egisset, Metapontum migravit, ibiq; decessit: cuius tanta admiratio fuit, ut ex domo eius templum facerent, eumq; pro deo colerent. Igitur Dionysius tyrannus, quem supra à Sicilia exercitum in Italiam traiecisse, bellumq; Græcis intulisse memorauimus, expugnatis Locris, Crotonienses, uix uires longo ocio ex prioris belli clade resumentes, adgreditur: qui fortius cum paucis tanto exercitui eius, quàm antea cum tot millibus Locrensiū potestati restiterunt. Tantum uirtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet, tantoq; insperata interdum sperata uictoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gallorum, qui paucos ante menses Romam incenderunt, societatem, amicitiamq; petentes aduunt: gentemq; suam inter

Pythagoræ
mors, uel in-
dia, uel inter-
fectus à Syra-
cusanis dum-
agrum faba-
cium circuit
Lacedæ-
monia.
Redit ad Dio-
nysum.

Vincitur Di-
onysius à
Crotoniensibus.

Egrediū epi-
phonema.
Gallorum le-
gati ad Dio-
nysum.

Gallos Senones intelligit hostes eius positam esse, magnoq; usui ei futurum, uel in acie bellandi, uel de tergo intentis in praelium hostibus adfirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate & auxilijs Gallorum auctus, bellum uelut ex integro restaurat. His autem Gallis causa in Italiam ueniendi, sedesq; nouas querendi intestina discordia, & assidue domi dissensiones fuere: quarum tadio cum in Italiam uenissent, sedibus Thuscos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam condiderunt. Thusci quoque duce Rheto, auitis sedibus amissis, alpes occupauere, & nomine ducis gentem Rhetiorum condiderunt. Sed Dionysium in Siciliam aduentus Charthaginensium reuocauit, qui recuperato exercitu, bellum quod luc desererant, auctis uiribus repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat, cuius inimicus Suniator potentissimus ea tempestate Poenorum, cum odio eius Graecis literis Dionysio aduentum exercitus, & segnitiam ducis, familiariter praeuocasset, comprehensis epistolis, proditionis damnatur: facto senatuscōsulto, ne quis postea Carthaginensis, aut literis Graecis, aut Graeco sermone studeret, ne aut loqui cum hoste, aut scribere sine interprete posset. Nec multo post Dionysius, quem paulo antè non Sicilia, non Italia capiebat, assiduis belli certaminibus uictus, fractusq; ad postremum insidijs suorum interficitur.

Hanno.

Suniator.

Edictum Carthaginensium.

Hic Dionysius gloriabatur se regnum ad amantem munium parasse, quod tamen filij ignauia est postea euersum.

Carthaginensis.

literis Graecis.

aut Graeco sermone.

scribere sine interprete.

postea.

Carthaginensis.

aut Italia.

capiebat.

belli certaminibus.

uictus.

fractus.

ad postremum.

interficitur.



Extincto in Sicilia Dionysio tyranno, in locum eius milites maximum natu ex filijs eius, nomine Dionysium, suffecere, & matrem eius secuti, et quod firmius esset regnum, si penes unum remansisset, quam si portionibus inter plures filios diuideretur, arbitrabantur.

Reliquerat enim Dionysius ex duabus uxoribus liberos, Locrina tres, & Aristomacha Dionis sorore quatuor. Vide Plutarchum & Diodorum.

Sed Dionysius inter initia regni, auunculos fratrum suorum, uelut aemulos imperij sui hortatoresq; puerorum ad diuisionem regni, tollere gestiebat. Quare paulisper dissimulatum animu prius ad fauorem popularium conciliandum intendit, excusatus facturus, quod statuerat, si probatus ante omnibus foret. Igitur nexorum tria millia e earce dimittit, tributa populo per triennium remittit, et quibusque delinimentis potest, animos omnium sollicitat.

Tunc ad destinatum facinus conuersus, non cognatos tantum fratrum, sed etiam ipsos fratres interficit, ut quibus consortium regni debebat, ne spiritus quidem consortij relinqueretur. Tyrannidem in suos prius quam in externos auspiciatus. Sublatis deinde aemulis, in segnitie lapsus, saginam corporis ex nimia

Dionysius iunior.

Dionysij popularis largitio.

Impietatis exemplum.

nimia luxuria, oculorum quoque ualitudinem contraxit, adeo ut non solem, non pulcrem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset. Propter quae, dum contemnit se putat, seuitia grassatur: nec ut pater carcerē nexis, sed cadibus ciuitatem replet: ob quae non contemptor omnibus, qui inuisior fuit. Itaque cum bellum aduersus eum Syracusani decreuissent, diu dubitauit, an imperium deponeret, an bello resisteret: sed à militibus praedā, urbisque direptionem sperantibus, descendere in proelium cogitur. Victus, cum iteratō non feliciter fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurum tyrannidem, si mitterent ad eum, cum quibus de pace conueniret. In quam rem missos primores in carcere retinet, atque ita incautis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exercitum ad delendam ciuitatem mittit. Fit igitur in ipsa urbe anceps proelium, in quo oppidanis multitudinē superantibus, Dionysius pellitur: qui cum obsidionem arcis timeret, cum omni regio adparatu in Italiam profugit tacitus. Exul à Locrensisibus socijs acceptus, uelut iure regnaret, arcem occupat, solitamque ibi seuitiam exercet. Coniuges principum ad stuprum rapi iubebat, uirgines ante nuptias abducebat, stupratasque sponsis reddebat. Locupletissimos quosque, aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaque eorum inuadebat. Deinde cum rapinae occasio deesset, uniuersam ciuitatē callido commento circumue-

Crudelitas
exemplum
& tyranni.
Dionysio

bellum intu-
It cum Syra-
cusane Dio-
de quo Plut.
Demosthēes
Philippica.
2. Cap. 11. v. 9.
2. p. 11. v. 9.
πας εχθρὸς ἐ-
δουλοῦσθαι, ὡς
δὲ τὸν τῶν
Dionysij fu-
ga ex Syracu-
lis.

Tyranni sce-
lera. ὡς ἀπὸ τῆς
ἰστορίας
βίβλου γινώσκου-
μεν ἡρώδου
1. 1. 1. 1.
Vide Oranis
orationē in
Herod. lib. 3.

emuenit. Cū Rheginorum tyranni Leophronis bello Locrenses premerentur, uouerunt, si uictores forent, ut die festo Veneris, uirgines suas prostituerent. Quo uoto intermisso, cum aduersa bella cum Lucanis gererent, in concione eos Dionysius uocat: hortatur ut uxores, filiasque suas in templū Veneris quādiu possint ornatas mittant. Ex quibus fortē centum ductae uoto publico fungantur, religionisque gratia uno stent in lunari mense, omnibus autē iuratis uiris, ne quis ullam attaminet: quae res, ne uirginibus uoto ciuitatem soluentibus fraudi esset, decretum facerent, ne qua uirgo nuberet, prius quā illae maritis traderentur. Probato consilio, quo et superstitioni et pudicitiae uirginū consulebatur, certatim omnes foeminae impensius exornatae, in templum Veneris conueniunt: quas omnes Dionysius immixtis militibus spoliat, ornamentaque matronarum in praedam suam uertit. Quarundam uiros ditiores interficit, quasdam ad prodendas uirorum pecunias torquet: Cū his artibus per annos sex regnasset, conspiratione Locrorum ciuitate pulsus in Siciliam redit. Ibi Syracusas, se uis omnibus, post longam intercaptiuitatem pacis, per prodicionem recepit. Dum haec in Sicilia geruntur, interim in Africa princeps Carthaginensium Hanno opes suas, quibus Reipublica superabat uires, ad occupandam dominationem intendit, renumque inuadere interfecto senatu conatus est, cui successerunt.

contra Ty-
rannidem.
† prociis.
Turpe Locre-
sium uotum.

Crudelitas
Dionysij.
Potitur Syra-
cusis rursus
Dionysij.

De reb⁹ Car-
thaginensium

Hanno.

leri,

leri solennem nuptiarū diem filiae suae legit, ut religione uotorum nefanda cōmitteret, & nefanda cōmenta facilius tegerentur. Itaq; plebi epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, ut poculis ueneno infectis, secretius Senatū, & sine arbitris interficeret, orbamq; Rempublicam facilius inuaderet. Quare magistratibus per ministros prodita, scelus declinatū, non uindicatum est, ne in uiro tam potēti, plus negotij faceret res cognita, q̄ cogitata. Contenti itaq; cohibuisse decreto, modum nuptiarū sumptibus, statuūt, idq; obseruari non ab uno, sed ab uniuersis iubent, ne persona designata, sed uitia corrupta uiderentur. Hoc consilio praeuentus, iterum seruitia cōcitat, statutaq; rursus cediū die, cum denuo se proditum uideret, timēs iudicium, munitū quoddam castellum cum uiginti millibus seruatorū armatis occupat. Ibi dum Afros, regemq; Mauritanorū concitat, capitur: uirgisque, caesus, effossis oculis, et manibus cruribusq; fractis, uelut à singulis mēbris poenae exigē rētur, in cōspectu populi occiditur: corpus uerberibus lacerum in cruce figitur. Filij quoq; cognatq; omnes etiam innocij supplicio traduntur, ne quisquam ad imitandum facinus, aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo superesset. Interea Dionysius Syracusis receptus cum grauior, crudeliorq; indies ciuitati esset, iterata conspiratione obsidetur. Tunc deposito imperio arcem Syracusanis cum exercitu tradidit, recepto quo

Herodotus:

τῶν μεγάλων ἀδελφῶν αὐτοῦ, ἡ Τιμόλεωνος, ἡ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ.

Timoleonti & Te Scarceem Dionysius tradit, uide Diodorū & Plutarchum.

priuato instrumento Corinthum in exilium proficisci-
citur. Ibi humillima quaeq; tutissima existimans, in fortis fortunae exemplum. Nulla tyrannide uagari, sed potare, nec conspici in popinis, lupanari-
busq; sed totis diebus † desiderare. Cū perditissimo quoq; † desiderare, de minimis rebus disceptare, pānosusq; et squalidus incedere: risum libētius praeberere quā captare: in macello perstare: quae emere nō poterat, oculis deuorare: apud ediles aduersus leones iurgari: omniaq; ita facere, ut contemnendus magis quam metuendus uideretur.

Αὐτοῦ δὲ τότε τῶ ἱρωτικῶν ἐπιχλεῖν, τὴν τῶν πλάτωνος ἀποδοῦναι σφίσι, μὲν οὐκ οἶε φησὶν ἀποδοῦναι ὑπὸ πλάτωνος ἀφελῶς, τὴν κατὰ τὸν ὄνομα πρῶτος φέρουσι δὲ σὺς μεταξὺ.

Ludū Corinthi aperuit, Dionysius, Cic. IX. Epistolarū.

Nouissimē se ludimagistrum professus, pueros in truiuo docebat, ut aut à timentibus semper in publico uideretur, aut à non timentibus facilius cōtemneretur.

Nam licet † tyrannicis uicijs semper † abundaret, † tyranni.

tamen simulatio haec uiciorum, non naturae erat: † abundent.

magis que haec arte, quā amisso regali pudore faciebat, expertus quā inuisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. Laborabat itaque inuidiam

praeteritorum contemptu praesentium demere, neque honesta, sed tuta consilia circumspiciebat. Inter has tamen dissimulationis artes, ter insimulatus est affecta

tae tyrannidis: nec aliter, quā dum contemnitur, liberatus est. Inter haec Carthaginenses tanto successu

De Carth-

rum

ginensium

rebus,

Amilcar

Rhodanus.

Biblioteca

Exemplū in-
gratitudinis.

rerum Alexandri Magni exterriti, uerentes, ne Persa
co regno & Africam uellet adiungere, mittūt ad specu-
landos eius animos Amilcarē cognomento Rhodanū, ui-
rū solertia faciundiq; præter cæteros insignē. Augebat
enim metum, & Tyrus urbs autor originis suæ captā,
& Alexandria æmula Carthaginis in terminis Africae,
& Aegypti condita, & felicitas regis, apud quem nec
cupiditas, nec fortuna ullo modo terminabantur. Igitur
Amilcar per Parmenionem aditu regis obtento, pro-
fugisse se ad regem expulsū patriā fingit, militemq; se
expeditionis offert. Atq; ita consilijs eius exploratis, in
tabellis ligneis, desuper cera uacua inducta, ciuibus suis
omnia p̄scribebat. Sed Carthaginēses post mortē regis
reuersum in patriā, quasi urbē regi uēdicasset, nō ingre-
to tantum, uerū etiam & crudeli animo necauerunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXII.

Agathocles
Siciliæ tyran-
nus ex patre
figulo natus.



GATHOCLES SICILIAE Tyrannus, qui magnitudi-
dini prioris Dionysij successit,
ad regni maiestatem ex humi-
li & sordido genere peruenit.
Quippe in Sicilia patre figu-
lo natus, non honestiorem pue-
ritiam

ritiam, quā principia originis habuit. Siquidem for-
ma & corporis pulchritudine egregius, diu uitam stu-
pri patientia exhibuit, Annos deinde pubertatis egres-
sus, libidinem à uiris ad fœminas transtulit. Post hæc
apud utrumque sexum famosus, uitam latrocinij mu-
tauit. Interiecto tempore cum Syracusas concessisset,
accitusq; in ciuitatem inter incolas esset, diu sine fide
fuit: quoniam nec in fortunis quod amitteret, nec in
uerecundia quod inquinaret, habere uidebatur. In sum
ma, gregariam militiam sortitus, non minus tunc sedi-
tiosa quā antea turpi uitā in omne facinus promptif-
simus erat. Nam & manu strenuus, & concionibus
perfacundus habebatur. Breui itaque Centurio, ac de-
inceps Tribunus militum factus est. Primo bello ad-
uersus Actiocos magna experimenta suis Syracusanis
dedit: sequenti Campanorum, tantam de se spem omni-
bus fecit, ut in locum demortui ducis Danaëconis sus-
ficeretur, cuius uxorem adulterio cognitam, post mor-
tem uiri in matrimonium recepit. Nec contentus quod
ex inope repente diues factus esset, piraticam aduer-
sus patriam exercuit. Saluti ei fuit, quod socij capti,
tortique de illo negauerunt. Bis occupare imperium Sy-
racusarum uoluit: bis in exilium actus est. A Murgan-
tinis, apud quos exulabat, odio Syracusanorum primò
p̄tor, mox dux creatur in eo bello: & urbem Le-
ontinorum capit, & urbem Syracusas obsidere cepit: Agathocles

Mores Aga-
thoclis.
Pulchrum ex-
tat de hoc A-
gathocle a-
pud Aufoniū
epigramma.

Agathocles
descriptio.

Agathocles
Tribunus mi-
litū creatur.
Agathocles
gesta.

Agathocles

obsidet Syra ad cuius auxillium Amilcar dux Pœnorum imploratus, depositis hostilibus odijs, præsidia militum mittit. Ita uno & eodem tempore, Syracusæ & ab hoste civili amore defensæ, & à ciue hostili odio impugnatae sunt. Sed Agathocles cum uideret fortius defendi urbem, quam oppugnari, precibus per internuntium Amilcarem exorat, ut inter se, & Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsam officia sua re promittens: qua spe impletus Amilcar, societatem cum eo metu potentiae eius iungit, ut quantum uirium Agathocli aduersus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa domesticae potentiae recuperaret. Igitur non pax

Prætor Syra tantum Agathocli conciliatur, uerum etiam prætor Syracusis constituitur. Tunc Amilcari expositis ignibus caecis, tactisque, in obsequia Pœnorum iurat. Deinde acceptis ab eo quinque millibus Afrorum, potentissimos quosque ex principibus interficit: atque ita ueluti Reipublicae statim formaturus, populum in theatrum ad concionem uocari iubet, contracto in gymnasio senatu, quasi

quædam prius ordinaturus. Sic compositis rebus, inimicis militibus populum obsidet, senatum trucidat: cuius peracta caede, ex plebe locupletissimos, & promptissimos quosque interficit. Vis ita gestis, militem legit, exercitumque describit: quo instructus finitimas ciuitates, nihil hostile metuentes, ex improviso aggreditur. Pœnorum quoque socios permittente Amilcare sedem iniurijs uexat.

Propter

Propter quod querelas Carthaginem socij non tam de Amilcari Agathocle, quam de Amilcare detulerunt: hunc ut dominum & tyrannum, illum ut proditorem arguentes: à quo infestissimo hosti fortunæ sociorum, interposita pacatione donatae sint: cui ab initio Syracusæ in pignus societatis sint traditæ. Vrbs semper Pœnis infesta, et de imperio Siciliae Carthaginis amula, nunc insuper ciuitates sociorum eadem pacis titulo traditæ sint. Denunciatur igitur se, hæc breui ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros, quatum mali non Siciliae magis, quam ipsi Africae attulerint. His querelis Senatus in Amilcarem ascenditur. Sed quoniam in imperio esset, tacita de eo suffragia tulerunt: & sententias, prius quam recitaretur, in urnam cõiectas, obsignari iusserunt, donec alter Amilcar Gisonis filius à Sicilia reuerteretur. Sed hæc calidula commenta Pœnorum, et sententias inauditas, mors Amilcaris præuenit: liberatusque est sati munere, quem sui per iniuriam ciues inauditam damnauerant. Quæ res Agathocli aduersus Pœnos occasionem mouendi belli dedit. Prima igitur illi cum Amilcare Gisonis filio proelii congressio fuit. A quo uictus, maiori mole reparaturus bellum, Syracusas concessit. Sed secundi certaminis eadem fortuna, quæ & prioris fuit. Cum igitur uictores Pœni Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesque se, nec uiribus parem, neque ad obsidionem ferendam instructum uideret, super hæc à socijs crudelia

Amilcar moritur

† propter

Bellum Agathoclis cum Carthaginensibus.

Bis vincitur Agathocles.



Agathoclis
audacia.

Trāfert bel-
lū ex Sicilia
in Africā.

Biblioteca

Agathoclis
oratio ad mi-
lites hortato-
ria.
Propositio à
periculo.

tate eius offensis, desertus esset, statuit bellum in Africa
cam transferre, mira prorsus audacia: ut quibus in so-
lo urbis suae per non erat, eorum urbi bellum inferret:
et qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena, uictus
que uictoribus insultaret. Huius consilij non minus ad-
mirabile silentiū, quā commentum fuit, populo hoc solum
professus, inuenisse se uictorie uiam: animos illi tantum
in breuem obsidionis patientiā firmarent, uel si cui sta-
tus presentis fortunae displiceret, dare se ei discedendi
liberam potestatem. Cum mille sexcenti discessissent,
ceteros ad obsidionis necessitatem frumento et stipen-
dio instruit, quinquaginta tantum secū talenta ad pre-
sentem usum affert, cetera ex hoste melius, quā ex
socijs paraturus. Omnes deinde seruos militaris etas-
tis libertate donatos sacramento adegit, eosque, et ma-
iorem partem firmè militum nauibus imponit: ratus,
exequata utriusque ordinis conditione, mutuan inter
eos uirtutis emulationem futuram: ceteros omnes ad
tutelam patrie reliquit. Septimo igitur imperij anno,
comitibus duobus adultis filijs, Archagatho et Hera-
clida, nullo militum sciente quò ueherentur, cursum in
Africam dirigit. Cum omnes aut in Italiam prædatum
se, aut in Sardiniam ituros crederent, tum primò expo-
sito in Africæ litore exercitu, consiliū suum omnibus
aperit. Quo in loco Syracuse posite sint, ostendit: quibus
aliud nullum auxilium superesset, quā ut hostibus
facie

faciant, quæ ipsi paterentur. Quippe aliter domi, ali-
ter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quæ
patrie uires subministrant: foris hostem etiam suis uiri-
bus uinci, deficientibus socijs, et odio diuturni impe-
rij externa auxilia circumspicientibus. Huc accedere,
quod urbes, castellaque Africa non muris cinctæ, non in
montibus posite sint, sed in planis campis sine ullis mu-
nimentis iaceant, quas omnes metu excidij facile ad bel-
li societatem perducere posse. Magis igitur Carthaginen-
sibus ex ipsa Africa, quā ex Sicilia exarsurum bellum,
coituraque auxilia omnium aduersus unam urbem, no-
mine, quā opibus ampliores: et quas non attulerit ui-
res, inde sumpturum. Nec in repentino Pœnorum me-
tu modicum momentum uictoriæ fore, qui tanta auda-
cia hostium percussi, trepidaturi sint. Accessura et uil-
larum incendia, castellorum, urbiumque contumacium
direptionem, tum ipsius Carthaginis obsidionem. Qui-
bus omnibus non sibi tantum in alios, sed et alijs in se
sentient patere bella. His non solum Pœnos uinci, sed
et Siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in eius
obsidione hostes, cum sua urgeantur. Nusquam igitur
alibi facilius bellum, sed nec prædam uberiorē inueniri
posse. Nam capta Carthagine omnem Africam Sicili-
amque præmium uictorum fore. Gloriam certè tam ho-
nestæ militiæ in omne æuum futuram, et ut determinari
nullo tempore obliuionis possit, ut dicatur eos solos

ditologia
ppositionis

Afacili & op-
portuno.

Ab honesto.

Ab utili &
præmijs.
Gloria.

† Fortè obli-
uio.

Ba regnū totius Africae amplexus, societate cū Agathocle p legatos iunxerat: pactusq; cū eo fuerat, ut Sicilia illi, sibi Africa imperiū, uictis Carthaginē sib°, cederet. Itaq; cū ad belli societate cū ingēti exercitu ipse uenisset, Agathocles blando alloquio, et humili adulatione, cū sepius simul cœnassent, quia filius eius ab Offella adoptatus esset, incautū eū interfecit: occupatoq; exercitu eius, iteratō Carthaginenses omnibus uiribus bellū facientes, inagno utriusq; exercitus sanguine graui proelio superat. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Pœnis est, ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset, transiturus ad eum Bomilchar dux Pœnorum, cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro a Pœnis patibulo suffixus est: ut idem locus monumentum suppliciorum eius esset, qui ornamentum antē fuerat honorū. Sed Bomilchar magno animo crudelitatem ciuū tulit, adeo ut de summa cruce ueluti de tribunali, in Pœnorum scelera concionaretur: obiectans illis nunc Hannonem falsa adfectati regni inuidia circumuentum: nunc Gisgonis innocentis exiliū: nunc in Amilcarem patrum suum tacita suffragia, quod Agathoclem socium illis facere, quā hostem maluerint. Hæc cū in maxima populi concione uociferatus esset, expirauit. Interea Agathocles prostrigatis in Africæ rebus, tradito Archagato filio exercitu, in Siciliam reuertit: nihil actum in Africa existimans, si amplius Sy

racile

racuse obsiderentur. Nam post occisum Amilcarem Gisgonis filium, nouus eō a Pœnis missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduentu eius, omnes Siciliæ urbes auditis rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt, atque ita pulsus è Sicilia Pœnis, totius insule imperium occupauit. In Africam deinde reuersus, seditioe militum excepitur. Nam stipēdiorum solutio in aduentum patris dilata a filio fuerat. Igitur ad concionem uocatos blandis uerbis permulsi, stipēdia illis non a se flagitanda esse, sed ab hoste querenda: communem uictoriam, communem prædam futuram. Paululum modo annitterentur, dum belli reliquæ peragantur, cū sciant Carthaginem captam, spes omnium expleturam. Sedato militari tumultu, interiectis diebus, ad castra hostium exercitum ducit. Ibi inconsultius proelium committendo, maiorem partem exercitus perdidit. Cū itaque in castra fugisset, uersamq; in se inuidiam temere commissi belli uideret, pristinamq; offensam non depensi stipēdiū metueret, concubia nocte solus a castris cum Archagatho filio profugit, quod ubi milites cognouerē, haud secus, q̄ si ab hoste capti essent, trepidauēre. Bis se a rege suo in medijs hostibus relictos esse proclamantes: salutemq; suam desertam ab eo esse, quorum ne sepultura quidē relinquenda fuerat. Cū persequi regem uellent, a Numidis excepti, in castra reuertuntur: comprehenso tamen Archagatho, qui a patre, noctis er

Agathocles in Sicilia reuersus totius insule imperiū occupat.

Agathocles vincitur a pœnis.

Agathoclis fuga. Exemplum perfidiæ & proditiōnis.

OS

RORE

rore discesserat. Agathocles autem nauibus, quibus fuerat à Sicilia regressus, cum custodibus eorum Syracusas deseruit. Exemplum flagitij singulare rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor. Interim in Africa post fugam regis, milites pactione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis filijs, Carthaginensibus se tradidère. Archagathus cum occideretur ab Archesilao amico antea patris, rogauit eum, quid nã liberis eius facturum Agathoclem putet, per quem ipse liberis careat. Tunc respondit satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc Perenni ad persequendâ belli reliquias, duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem æquis conditionibus fecit.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXIII.



Agathocles rex Siciliæ pacificatus cū Carthaginensibus partem ciuitatū, à se fiducia uirū distictū armis subegit. Deinde quasi angustiis insule terminis clauderetur, cuius imperij partem perennis incrementis ne sperauerat, quidem

quidem in Italiam transcendit: exemplum Dionysij secutus, qui multas ciuitates Italiæ subegerat. Primi igitur hostes illi Brutij fuerunt, quia & fortissimi, & opulentissimi uidebantur, simul & ad iniurias uiciorum prompti. Nam multas ciuitates Græci nominis Italiae expulerant: auteres quoque suos Lucanos, bello uicerant, & pacem cum his æquis legibus fecerant. Tanta firmitas animorum erat, ut nec origini suæ parcerent. Namque Lucani ipsam legibus liberos suos, quibus & Spartani instituerent soliti erant. Quippe ab initio pubertatis in syluis, inter pastores habebantur: sine ministerio scruii, sine ueste quam induerent, uel cui incubarent, ut à primis annis duritia, parsimoniaque sine ullo usu urbis adsuescerent. Cibus his præda uenatica, potus mellis & lactis, & fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorum prædari soliti: confluenta deinde multitudine, sollicitati præda, cum plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaque fatigatur querelis sociorum Dionysius Siciliæ Tyrannus, sexcentos Afros ad comescendos eos miserat, quorum castellum proditum sibi per Brutiam mulierem, expugnarunt: ibique ciuitatem, concurrentibus ad opinionem nouæ urbis pastoribus, statuerunt: Brutij uentiosque se ex nomine mulieris uocauerunt. Primum illis dictum cum Lucanis, origenis autoribus bellum fuit, Qui uistoria

Bellū in Italia ab Agathocle gefit.

719 d. v. u. a. Mos Lucanorum & Spartanorum educandi liberos.

Lucanorum
& Brutiorū
virtus.

Biblioteca

Agathoclis
laus.

Grauis Aga-
thoclis mor-
bus.

Bellum inter
filium ac ne-
potem Aga-
thoclis.

Theogena
Agathoclis
uxor.

Storia erecti, cum pacem æquo iure fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt, tantasq; opes breui consecuti sunt, ut pernitiosi etiam regibus haberentur. Deniq; Alexander rex Epiri cum in auxilium Græcarum ciuitatum, cum magno exercitu in Italiã uenisset, cum omnibus copijs ab his deletus est. Quare feritas eorum successu felicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles, spe ampliandi regni, à Sicilia in Italiam traiecit. Principio aduentus opinione eius concussi, legatos ad eum, societatem amicitiamq; petentes, miserunt. Quos Agathocles ad cœnam inuitatos, ne exercitum trañci uiderent, in posterum statuta his die, consensu nauibus, frustratus est. Sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidem reuertenti eum in Siciliam, interiectis paucis diebus, uis morbi coegit; quo toto corpore comprehensus, per omnes uentos, articulosq; humore pestifero grassante, ueluti in testino singulorum membrorum bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum inter filium, nepotemq; otium, eius regnum iam quasi mortui uendicantibus, occiso filio, regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles cum morbi cura, & aegritudo grauioribus essent, & inter se, & alterum alterius malo cresceret, desperationibus, uxorem suam Theogenam, genitosq; ex ea duos paruulos cum omni pecunia, & familia regali que instrumento, quo præter illum nemo regum ditior fuit, nauibus

impositos Aegyptũ, unde uxorem acceperat, remittit: timens, ne predonem regni sui hostem paterentur: quanquã uxor diu, ne ab eo diuelleretur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset, & tam cruentè hæc discreuisse uirum, quam ille impugnasse auum uideretur: NVBENDO SE NON PROSPERAE TANTVM, SED OMNIS FORTVNAE INISSE SOCIETATEM: nec inuitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos uiri spiritus exciperet, & exequiarum officium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, obsequio debite pietatis implet. Discedentes paruuli flebili ululatu amplexi patrem tenebãt. Ex altera parte uxor, maritum non ampliùs uisura osculis fatigabat. Nec minus senis lachrymæ miserabiles erant, flebant ij morientem patrem, ille exules liberos. Hi discessu suo solitudinem patris senis ægri: illè in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat. Inter hæc, regia omnis adhsistentium fleibus tam crudelis disidiij impleta resonabat. Tandem lachrymis finem necessitas profectionis imposuit, & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hæc aguntur, Carthaginenses, cognitis quæ in Sicilia agebantur, occasionem totius insulae occupandæ datam sibi existimantes, magnis uiribus eò trañciunt, multasq; ciuitates subigunt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus Romanos bellum gerebat, qui in Reuertitur ploras

Descriptio
miserabilis
digressus.
Theogena.
proba & ma-
ritum aman-
tis coniugis,
exemplum.

Pietas filiorũ
erga parètes,
& parentũ ex
galiberos.

Agathoclis
exitus.

ploratus à Siculis in auxilium sicuti dictum est, cum Syracusas uenisset, multasq; ciuitates subegisset, rex Siciliae, sicut Epyri appellabatur. Quorum rerum felicitate letatus, Heleno filio Siciliae uelut autum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem Italiae regnum destinat. Post haec multa secunda praemia cum Carthaginensibus facit. Interiecto deinde tempore, legati ab Italicis socijs uenire, nunciantes Romanis resisti non posse, deditionemq; futuram, nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo, incertusq; quid ageret, uel quibus primum subueniret, in utruq; promissum consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus, inde Romanis, periculosum uidebatur exercitum in Italiam non trajicere, periculosius à Sicilia deducere: ne aut illi non lata ope, aut hi deserti amitterentur. In hoc aestu periculorum, tutissimus portus consiliorum uisus est, omnibus uiribus decertare in Sicilia, et profugis Carthaginensibus, uictorem exercitum transponere in Italiam. Itaque conferto praelio, cum superior fuisset, quoniam tamen à Sicilia abire, et pro uicto suscipere usus est, ac propterea socij ab eo defecerunt, et imperium Siciliae tam cito amisit, quam facile quaesierat. Pyrrhus ex Sicilia abiisse dixisse fertur: O quale Carthaginensibus, & Romanis pro hac insula palaestra relinquimus. Partim ad Carthagin. partim ad Mamertinos, Plutarchus. Sed nec in Italia meliore felicitate usus, in Epyrum reuertitur. Admirabilis utriusq; rei casus in exemplum fuit.

Nam

Nam sicut ante secunda fortuna rebus supra uota fluentibus, Italiae, Siciliaeque imperium, et tot de Romanis uictorias attraxerat: ita nunc aduersa, uelut in ostentatione fragilitatis humanae destruens, quae cummlauerat, Siciliae struinae naufragium maris, et foedam aduersus Romanos pugnam, turpemque ab Italia discessum adiecit. Post profectiorem à Sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, ut consentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Carthaginenses primum, mox rex crearetur. Huius futurae maiestatis ipsa infantuli educatio, quasi praenuncia fuit. Quippe genitus erat patre Hierodyto nobili uiro, cuius origo à Gelo, antiquo Siciliae tyranno manabat, sed maternum illi genus sordidum, atque admodum pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus, ac propterea à patre, uelut dishonestamentum generis, expositus fuerat. Sed paruulum et humane opis indigentem, apes concesso circumiacentem melle, multis diebus aluere. Ob quam rem reposito aruspicium admonitus pater, qui regnum infantem portendi carebant, paruulum recollectit, omnique studio ad spem maiestatis, quae promittebatur, instituit. Eadem in laudo inter coequales discenti, lupus tabulam in turba puerorum, repente cõspectus, eripuit. Adolescens quoque, prima bella incuntes, aquila in Clypeo, noctua in hasta confedit. Quod ostentum, et in consilio cautum et manu promptum, regemque futurum significabat.

Denique

Postrema Pyrrhi cum Romanis pugna fuit ad Beneuentum, ubi uictus est à M. Hiero rex. Hieronis natales.

Hiero ab apibus melle educatus.

Simile est quod de Platone referunt. Prodigia in Hierone.

Ea fuisse Hieronem modestia refert Luitius, ut nec uestis habitu nec alio uilo

in signa civi-
bus ceteris
discerni po-
tuerit. Offi-
cium boni prin-
cipis.

Denique aduersus pronocatores sepe pugnavit, semperq; victoriam reportavit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuerunt. In alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus erat, prorsus ut nihil ei regium deesse uideretur, præter regnum.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXIII.

Res Græcorum.

Antiochus.
Soter Syriæ
& Asiæ rex.



Imperio
civium legeretur,
Bellum Græcorum
aduersus Aetolos
Aras.

Um hæc in Sicilia geruntur, interim in Græcia dissidentibus inter se bello Ptolemæo Ceraunio, & Antiocho, & Antigono regibus: omnes ferme Græciæ ciuitates, ducibus Spartanis, uelut occasione data ad spem libertatis erecta, missis inuicem legatis, per quos in societatis fœdera alligarentur, in bellum prorumpunt: & ne cum Antigono, sub cuius bello erant, bellum cepisse uiderentur, socios eius Aetolos aggrediuntur, causas belli præcedentes, quod consensu Græciæ sacratum Apollini Cyrenæ campum per uim occupassent. Huic bello ducem eligit Aras, qui adunato exercitu, urbes, satâq; in his campe-

pis posita depopulatur, quæ auferri non poterant, incendit. Quod cum è montibus cõspicatur Aetolorum pastores essent, congregati admodum quingenti, sparsos hostes, ignorantes quanta manus esset (quoniam conspectum illis metus, & incendiorum fumus abstulerat) consecantur, trucidatisq; admodum nouem milibus, prædones in fugam uerterunt. Reparantibus deinde Spartanis bellum, auxilium multæ ciuitates negauerunt, existimantes dominationem eos Græciæ, non libertatem querere. Interea inter reges bellum finitur, nam Ptolemæus pulso Antigono, cum regnum totius Mæcedoniæ occupasset, pacem cum Antiocho facit: affinitatemq; cum Pyrrho, data ei in matrimonium filia sua, iungit. Exinde externo metu deposito, impium, & facinorosum animum ad domestica scelera conuertit: insidiasq; Arsinoë sorori suæ instruit: quibus, & filios eius uita, & ipsam Cassandriæ urbis possessione priuaret. Primus ei dolus fuit, simulato amore sororis matrimonium petere. Aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupauerat, quam concordie fraude peruenire non poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi uoluntas sorori erat. Itaq; non credenti mandat, uelle se cum filijs eius regni consortium iungere, cum quibus non ideo se armis contendisse, quoniam eripere his regnum, sed quod ita facere sui muneris uellet: in hoc mitteret arbitrium iurisiurandi, quo præsentem, apud deos patrios, quibus,

Cæpensis est
Phocidis.
Plin. lib. 3.

Ptolemæus
u. p. 1. &
Mæcedoniæ
rex.

Arsinoë Pto-
lemæi soror.

Ptolemæi dolus & scelus
in sororem
Arsinoë.

quibus uellet obsecrationibus se obligaret. Incerta Arsinoë quid ageret, si mitteret decipi periurio: si non mitteret, prouocare rabiem fraternæ crudelitatis timebat. Itaq; plus liberis, quam sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem: quo perducto in sanctissimum Iouis templi ueterrime Macedonum religionis, Ptolemæus sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacris & puluinaria deorum, in auditis ultimisq; execrationibus adiurat, se sincera fide matrimonium sororis petere: nunciat. Arsinœq; se eam reginam, neque in contumeliam eius se aliam uxorem, alios ue quam filios eius liberos habiturum: Arsinœ posteaquam & spe impleta est, & metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur: cuius uultus, & blandientes oculi cum fidē non minorem, quam iusurandum promitterent, reclamante Ptolemæo filio fraudem subesse, in matrimonium fratris consentit. Nuptiæ magno apparatu letitiâq; omnium celebrantur. Ad concionem quoq; uocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamq; eam adpellat. Quo nomine in letitiam effusa Arsinœ, quia quod morte Lyfimachi prioris mariti amiserat, receperat, ultrò uirum in urbem suam Cassandriam inuitat: cuius urbis cupiditate fraudes truebatur. Prægressa igitur uirum, diem festum urbi in aduentum eius indicit: domos, templa, cæteraq; omnia exornari iubet: aras ubique, hosti-

asq;

asq; disponi, filios quoque suos, Lyfimachum XVI. annos natum, Philippum triennio minorem, utrumq; forma insignem coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemæus ad celandam fraudem cupidē, & ultra modum uere affectionis amplexus, osculis diu fatigat. Vbi ad portam uentum est, occupari arcem iubet, pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent, in gremio eius inter ipsa oscula trucidantur. Proclamante Arsinœ, quod tantum nefas, aut nubendo, aut post nuptias contraxisset, pro filijs se sepe percussoribus obtulit. Frequenter se corpore suo puerorum corpora amplexata protexit: uulneraq; excipere, que liberis tentabantur, uoluit. Ad postremum spoliata etiam sineribus filiorum, scissa ueste, & crinibus sparsis cum duobus seruulis ex urbe protrahit, Sanothraciam in exilium abiit: eod inferior, quod a mori cum filijs non licuit. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt. Quippe dijs immortaliibus tot periuria, & tam cruenta parricidia uindicantibus, breui post a Gallis spoliatus regno, captusq; uitam ferro, ut meruerat, amisit. Namq; Galli abundantē multitudinē, cum eos non caperēt terræ, que genuerant, trecenta millia hominum ad sedes nouas querēdas uelut peregrinātū miserūt. Ex ijs portio in Italia consedit, que & urbem Romā captam incendit: & portio

Exemplū crū
delitatis &
parricidij in
Ptolemæo.

† Intēbant.
Arsinoe exu-
lat.

Galli Italiani
inuadunt.

Romam Gal-
li incendunt.

Pannonia.

rum penetravit, & in Pannonia confedit. Gens aspera, audax, bellicosa, que prima post Herculem, cui ea res uirtutis admirationem, & immortalitatis fidem dedit. Alpium inuicta iuga, & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pannonijs per multos annos cum finitimis uaria bella gesserunt. Hortante deinde successu, diuisis agminibus, alij Græciam, alij Macedoniam omnia ferro proterentes petiuere. Tantusq; terror Gallici nominis erat, ut etiam reges non lacepsiti uultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus rex Macedoniae Ptolemæus aduentum Gallorum intrepidus audiuit. Isq; cum paucis, & incoppositis, quasi bella non difficilius, quam scelera patrarentur, parricidiorum suorum agitatus, occurrit. Dardanorum quoq; legationem, uiginti millia armatorum in auxilium offerentem, spreuit: addita insuper contumelia, actum de Macedonia dicens, si, cum totum orientem soli domuerint, nunc in uindictam ciuium Dardanis egcant. Milites se habere filios eorum, qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarum uictores fecerint. Que ubi Dardano regi nunciata sunt, inclutum illud Macedoniae regnum breui immaturi iuuenis temeritate casurum dixit. Igitur Galli, duce Belgio, ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem si emere uelit. Sed Ptolemæus inter suos belli metu pacem Gallos petere gloriatus est, nec minus ferociter se loca

Gallici nominis terror.

Νομιμα.

Ptolemæi temeritas.

Belgius Gallorum dux.

Ferocis & temeritas.

se legatis, quam inter amicos iactant. Aliter se pacem daturum negando, nisi principes suos obsides dederint, & arma tradiderint: non enim fidem se nisi inermibus habiturum. Renunciata legatione risere Galli undique acclamantes breui sensurum, sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus proelium confertur, uictiq; Macedones cæduntur. Ptolemæus multis uulnibus saucius, capitur: caput eius amputatur: & lancea fixum, tota acie ad terrorem hostium circumfertur. Paucos ex Macedonibus fuga seruauit: ceteri aut capti, aut occisi. Hæc cum nunciata per omnem Macedoniae essent, portæ urbium clauduntur: luctu omnia replentur: nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant, nunc excidia urbium metuebant, nunc Alexandri Philippiq; regum suorum nomina, sicut numina in auxilium uocabant, sub illis se non solum tutos, uerum etiam uictores orbis terrarum extitisse. Ut tuerentur patriam suam, quam gloria rerum gestarum caelo proximam reddidissent: ut opem adflictis ferrent, quos furor, et temeritas Ptolemæi regis perdidit, orabant. Desperantibus omnibus, non uotis agendum Softhenes unus de Macedonum principibus ratus, contracta iuuentute & Gallos exultantes uictoria compescuit: & Macedoniae ab hostili depopulatione defendit. Ob que uirtutis beneficia, multis nobilibus regnum Macedoniae affectantibus ignobilis ipse præponitur. Et cum rex ab exercitu ap-

merarij animi exemplum.

Vincunt Macedones. Galli. Ptolemæi interitus.

Macedonum trepidatio.

Softhenis uirtus & moderatio.



pellatus esset, ipse non in regis, sed in ducis nomen iurare milites coegit. Inter ea Brennus, quo duce portio Galorum in Graecia se effuderat, audita uictoria suorum, qui Belgio duce, Macedonas uiccrant, indignatus parata uictoria optimam praedam, et orientis spolijs onustam tam facile relictam esse: adunatis CL. millibus pedatum, et XV. millibus equitum, in Macedoniam erumpit. Cum agros, uillasque popularentur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes: sed pauci et pluribus, trepidi et ualentibus facile uincuntur. Itaque cum uidisset Macedones intra muros urbium condidissent, uictor Brennus nemine prohibente, totius Macedoniae agros depradatur. Inde quasi spolia sorderent, animum ad deorum immortalium templa conuertit. securiliter iocatus, locupletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur Delphos iter uertit, praedam religionis aurum, offensa deorum immortalium praeferes: quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri hominibus soleant, adfirmabat. Templum autem Apollinis Delphis positum est in monte Parnasso, in rupe undique impedito: ibi ciuitatem frequentia hominum facit. Qui ad adfirmationem maiestatis undique concurrentes in eo saxo confedere. Atque ita templum, ciuitatemque non muri, sed praecipitia, nec manufacta, sed naturalia praesidia defendunt: prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an maiestas dei plus hic admirationis habeat. Media saxi rupes

rupes in formam theatri recessit. Quamobrem hominum clamor, et si quando accidit turbarum sonus, perresonantibus et resonantibus inter se rupibus, et multiplex audiri, ampliorque quam editur, resonare solet. Quae res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei, et admirationem stupentibus plerumque adfert. In hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine, planicies exigua est: atque in ea profundum terrae foramen, quod in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodam uelut uento in sublime expulsus, metes uatum in uerendam uertit, impletosque deo, responsa consulentibus dare cogit. Multa igitur ibi, et opulenta regum, populorumque, uisuntur munera, quaeque magnificencia sui reddentium uota gratam uoluntatem, et deorum responsa manifestant. Igitur Brennus cum in conspectu haberet templum, diu deliberauit, aut consistam rem adgrederetur, an uero se suis uia militibus noctis spacium ad resumendas uires daret. Euridanus, et Thessalonius duces, qui se ad praedae societatem iunxerant, amputari moras iubent, dum imparati hostes et recens aduentus sui, terrori esset. Interiecta nocte, et animos hostibus forsitan, et auxilia accessura: et uias, quae nunc pateant, obstructum iri. Sed Gallorum uulgus ex longa inopia, ubi primum uino caeterisque comaeatibus referta rupe inuenit, non nimis abundantia, quam uictoria lectum per agros se sparserat, desertis que signis, ad occu-

Originem Delphici oraculi refert Diodorus in Philippo.

Delphicum antrum.

Consultatio de inuadendo templo. Euridanus. Thessalonius



Vincuntur Macedones a Gallis.

Contemptor dicitur Brennus.

Exemplum impietatis. Descriptio situs templi Delphici Apollinis.

panda omnia pro uictoribus uagabantur. Quae res dilationem Delphis dedit. Prima namque opinione aduentus Gallorum prohibiti, agrestis à Graecis oraculis feruntur, messes uinamque nullis efferre. Cuius rei salutare praecipuum non prius intellectum est, quam uini, ceterarumque copiarum abundantia, uelut mora Gallis obiecta, auxilia finitimerum conuenere, Prius itaque urbem suam Delphi aucti uiribus sociorum praemuniuere, quam Galli uino uelut praedae incubantes ad signa reuocarentur. Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum, sexaginta quinque milia: Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia militum erant, quorum contemptu Brennus ad acuendos suorum animos, praedae ubertatem omnibus ostendebat: statuasque cum quadrigis, quarum ingens copia procul uisebatur, solido auro fusas esse, plusque in pondere, quam in specie habere praedae adfirmabat. Hac adseruatione, uel animaduersione incitati Galli, simul et hesterni mero saucij, sine respectu periculorum in bellum ruabant. Contra Delphi plus in Deo, quam in uiribus spem ponentes, cum contemptu hostium resistebant, scandentesque Gallos è summo montis uertice partim saxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente uniuersorum templorum antistites, simul et ipsi uates sparsis crinibus cum insignibus atque insulis pauidi, uecordesque in primam pugnatium aciem procurrunt: aduenisse Deum clamant, cumque se uidisse

Brenni &
Delphorum
copie.
† Alij, 14

Pugna inter
Gallos &
Delphos.

desilientem in templum per culminis aperta fastigia. Dum omnes opem Dei suppliciter implorant, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas uirgines, ex propinquis duabus Dianae Mineruaeque adibus occurrisse: nec oculis tantum haec se perspexisse, sed audisse etiam stridorem arcus, ac strepitum armorum. Proinde nec cunctarentur dijs antesignanis hostem cadere, et uictoria Deorum socios se adiungere summis obsecrationibus monebant. Vincuntur Quibus uocibus incensi omnes certatim in proelium Gall. à Del-
phos, duci-
bus Dijs.
Prosiliunt. Praesentiam Dei et ipsi statim sensere. Nam
et terrae motu portio montis abrupta, Gallorum strauit exercitum: et confertissimi cunei, non sine uulneribus hostium dissipati, ruabant. Insecuta deinde tempestas est, quae grandine et fulgure saucios ex uulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem uulnerrum ferre non posset, pugione uitam finiuit. Alter ex Clades Gal-
lorum in
Graecia-
ducibus, punitis belli autoribus, cum decem millibus sociorum citato agmine à Graecia excedit. Sed nec fortuna fugientibus commodior fuit. Siquidem pauidis nulla sub tectis acta nox, nullus sine labore et periculo dies: asidui imbres, et gelu, nix concreta, et fames, et lassitudo, et super haec, maximum periculis maximum miseris infelicis belli reliquias obterebant. Gentiles quoque, nationesque, per quas iter habebant, palates uelut praedam sectabantur. Quo pacto euenit, ut nemo

ex tanto exercitu, qui paulò antè fiducia uirium etiam deos spoliatis contemnebat, uelut ad memoriam tantæ cladis superesset.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXV.

Tertia Gal-
lorem in Ma-
cedoniam
receptio.



Inter duos reges Antigonum & Antiochum statuta pace, cum in Macedoniam Antigonus reuerteretur, nouus eidem repente hostis exortus est: quippe Galli, qui à Brenno duce, cum in Græciam proficiscerentur, ad terminos gentis tuendos relictî fuerant, ne soli desides uiderentur. peditum XV. millia, equitum tria millia armauerant, fugatis que Getarum, Tribalorumq; copijs, Macedoniae imminentes, legatos ad regem miserunt: qui pacem ei uenalem offerrent, simul & regis castra specularentur. Quos Antigonus, pro regali munificentia, ingenti apparatu epularum ad cœnâ inuitauit. Sed Galli expositum grande auri argenti que pondus admirantes, atq; prædæ ubertate sollicitat, infestiores, quam uenerant, reuertuntur. Quibus & elephantes ad terram, uelut iniustatas Barbaris formas, rex ostendi iusserat:

Galli auri
uidissimi,
Liuus.

serat, naues onustas copijs demonstrari: ignarus, quòd quibus ostentatione uirium metum se iniicere existimabat, eorum animos ut ad optimam prædam sollicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi, omnia in maius extollentes, opes pariter, & negligentiam regis ostendunt: referta auro & argento castra esse. & neq; uallo fossæ munita, & quasi satis munimenti in diuitijs haberent, ita eos omnia officia militaria intermisisse: prorsus quasi ferri auxilio non indigerent, quoniam abundarent auro. Hac relatione auidæ gentis animi satis ad prædam incitabantur. Accedebat tum exemplum Belgi; qui non magno antè tempore, Macedonum exercitum cum rege trucidauerat. Itaq; consentientibus omnibus, nocte castra regis adgrediuntur: qui præsentens tantam tempestatem, signum pridie dederat, ut omnibus rebus ablatis in proximam syluam taciti se occultarent. Neque aliter seruata castra, quam deserta sunt. Siquidem Galli ubi omnia uacantia, nec sine defensoribus modò, uerumetiam sine custodibus uident, non fugam hostium, sed dolum arbitantes, diu intrare portas imuerunt. Ad postremum integris et intactis munimentis, scrutantes potiùs, quam diripientes, castra occupauerunt. Tunc ablatis que inuenerant, ad littus conuertuntur. Ibdum naues inoautius diripiunt, à remigibus, & ab exercitus parte, que eò cum coniugibus & liberis confugerant, nihil tale metuentes, trucidantur: tantaq; ca-

tantam

Galli inua-
dunt castra
Antigoni.

des

Galli cœdunt des Gallorum fuit, ut Antigono pacem huius uictoria opinio, non à Gallis tātū, uerumetiam à finitimorum feritate prestitit: quanq̄ Gallorū ea tēpestate tanta fœcūditatis inuētus fuit, ut Asiā oēm uelut examine aliquo implerent. Deniq; neq; reges Oriētis sine mercenario Gallorū exercitu ulla bella gesserint, neq; pulsū regno ad alios, q̄ ad Gallos cōfugerint. Tātus terror Galli ei nominis, siue armorū inuicta felicitas erat, ut aliter neq; maiestātē suā tulā, neq; amissā recuperare se posse sine Gallica uirtute arbitrarētur. Itaq; in auxiliū à Bithiniæ rege inuocati, regnū cum eo, parta uictoria diuiserunt: camq; regionē Gallogræciam cognominauerūt. Gallogræcia, mixti Galli & Græci appellant. Liuius VIII. III. Decadis. Reddit ad Pyrrhū. Exercitus Pyrrhi VIII. milia peditum & D. equitū, Plut. Pyrrhi ex Italia excelsus: hunc Antigonus lufo adsimulabat, qui & multa & bene faceret, sed cadentibus uti nesciret, Plutarchus. Dum hæc in Asia geruntur, interim in Sicilia Pyrrhus à Pœnis nauali proelio uictus, ab Antigono Macedoniae rege supplementum militum per legatos petit: denunciatis ni mittat, redire se in regnum necesse habere: incrementa rerum quæ de Romanis uoluerit, de ipso quaesiturum. Quod ubi negatum legati retulerunt, dissimulatis causis, repentinam fingit profectionem. Socios interim parare bellum iubet, et arcis Tarentine custodiam Heleno filio, & amico Miloni tradit. Reuersus in Epyrū statim fines Macedoniae inuadit: cui Antigonus cum exercitu

exercitu occurrit, uictusq; proelio in fugam uertitur. Antigonus superatur à Pyrrho. Atq; ita Pyrrhus Macedonia in deditiōem accepit, & ueluti damna amissæ Siciliae Italiæq; acquisito Macedoniae regno pensasset, relictum Tarentini filium, & amicū accersit: Antigonus autem cum paucis equitibus fugæ comitibus, repente fortunæ ornamentis destitutus, amissi regni speculaturus euentus, Thesalonica se recepit: ut inde cum conducta Gallorum mercenaria manu, bellum repararet. Rursus à Ptolemæo Pyrrhi filio funditus uictus, cum septem comitibus fugiens, non recuperandi regni spem, sed salutis latebras, ac fugæ solitū dīnes captat. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni collocatus, iam nec eo, ad quod uotis perueniendū fuerat, contentus, Græciæ Asiæq; regna meditatū: nec illi maior ex imperio, q̄ ex bello uoluptas erat: nec quāquam Pyrrhum, quā tulisset impetum, sustinere ualuit. Sed ut ad deuincenda regna inuictus habebatur, ita de uictis acquisitisq; celeriter carebat: tanto meliūs studebat acquirere imperia, q̄ retinere. Itaq; cū copias Chersonesso transposuisset, legationibus Atheniensium, & Achiuorū Messeniorumq; excipitur. Sed & Græcia omnis admiratione nominis eius, simul et rerū aduersus Romanos Pœnosq; gestarū gloria attoniti, aduentum eius expectabāt. Primum illi bellum aduersus Spartanos fuit, ubi maiore mulierū, q̄ uirorum uirtute excipitur. Tunc Ptolemæum filium, & exercitus partē robustissimam

Antigonus
superatur à
Pyrrho.

Pyrrhi vari-
us successus.

ca virtus.

πιφοινια

Pyrrhi bellū
aduersus La-
cedæmonios

ami

Exemplum
multitudinis
fortitudinis
& pietatis et
ga patriâ. Plu

tarch. in Pyr
rhi vita.

Exemplum
militaris for
titudinis.

Ptolemæus
Pyrrhi filius.

Duce Acro
tato Arei re
gis filio.

Plutarch.
Pyrrhi mors
in Argis.

Plutarchus
ait, Pyrrhum
à muliercula

tegele ictu
interfectum
esse in vrbe.

† cogitat.
Pyrrhi laus
Pyrrho An
nibalem in

ter imperato
res secundas
ædificasse re

ferre Livi
us, quod castra

amisit. Quippe oppugnanti urbem ad tutelam patriâ
tanta multitudo foeminarum concurrat, ut non fortis
uictus, quam uerecundius recederet. Porro Ptolemæ
um filium eius adeo strenuum & manu fortem fuisse
tradunt, ut urbem Coreyram solus cum sexaginta ces
perit. Idem prælio nauali triremem ex scapha cum ses
ptem insiluerit, captam que tenuerit: in oppugnatione
quoque Spartanorum usque in mediam urbem cum equo
procurerit: ibi que concursu multitudinis interfectus
sit. Cuius corpus ut relatum, patrem dixisse Pyrrhum
ferunt: aliquanto tardius eum, quam timuerit ipse, uel
temeritas eius meruerit, occisum esse. Repulsus à Spar
tanis Pyrrhus, Argos petit: ibi, dum Antigonom in ur
be clausum expugnare † conatur, inter confertissimos
uiolentissime dimicans, saxo de muris iactato occidi
tur. Caput eius Antigono refertur, qui uictoria miris
usus, filium eius Helenum cum Epyrotis sibi deditum
in regnum dimisit: eiq; insepulti patris ossi in patriam
referenda tradidit. Satis constans inter omnes autores
fama est, nullum nec eius, nec superioris ætatis regem
comparandum Pyrrho fuisse: raroq; non inter reges
tantum, uerumetiam inter illustres uiros, aut uite san
ctioris, aut iustitie probatoris uisum fuisse. Scientiam
certe rei militaris in illo uiro tantam fuisse, ut Lyfima
cho, Demetrio, Antigono, cum tantis regibus bella gess
serit, inuictus semper extiterit. Illyriorum quoque, Si

culo

culorum, Romanorumq; & Carthaginensium bellis
nunquam inferior, plerumq; etiam uictor extiterit, qui
Patriam certe suam angustam ignobilemq; fama rerum
bestiarum, & claritate nominis sui toto orbe illustrem
reddiderit.

metari prius
docuerit, ad
hoc nemo
elegantius
loca cepit,
præsidia di
spofuerit, &
eat.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXVI.



Ost mortem Pyrrhi, nō in Mace
donia tantū, uerumetiam in Asia,
Græciâq; magni bellorū motus
fuerunt. Nam & Peloponnesij per
proditiōem Antigono traditi, et
uariante hominum partim dolo
re, partim gaudio, prout singu

Varij motus
Græcorum.

la ciuitates aut auxilium de Pyrrho sperauerāt, aut me
tus sustinuerāt: ita aut cū Antigono societate iungebāt,
aut mutuis inter se odijs in bellū ruebāt. Inter hunc tur
batarū prouinciarū motū, Epyrorū quoque urbs ab Aris
tobimo principe per tyrannidē occupatur. A quo cū
multi ex primoribus occisi, plures in exiliū acti essent,
Actolis per legatos postulātibus, ut coniuges liberosq;
exulū redderet, primò negauit: postea quasi poeniteret,
Proficiscēdi ad suos omnibus matronis potestate dedit,
diemq;

Aristotimus
tyrannus
Epyrorum.

Exemplū ty-
phantea cru-
delitatis.



Helemati a-
mor erga pa-
triam, & pru-
des in oppri-
mendo tyra-
no cōsiliū.

Aristotimus
occiditur.

Bellum Anti-
goni cū Gal-
logræcis.
Gallorū cru-
delitas in cō-
iuges & libe-
ros.

dicm̄q; profectiois statuit. Ille quasi in perpetuū cum
uiris exulaturæ, preciosissima quæq; auferentes, cum
ad portam quasi uno agmine profecturæ conuenissent,
omnib; reb; expoliata, in carcere recluduntur, occisis
prius in gremijs matrum paruulis liberis, uirginibusq;
ad stuprum direptis. Hanc tam seuam dominationē stu-
pentibus omnibus, princeps eorum Helematus senex, et
liberis orbus, ut qui nec ætatis nec pignorū respectum
timeret, conuocatos domi fidissimos amicorum in uir-
dictam patriæ hortatur. Cum et atibus priuato periculo
publicum finire, & deliberandi spacium postulātibus,
accesitis seruis iubet obserari fores, tyrannōq; nunci-
ari, mitteret, qui coniuratos apud se comprehenderet:
obiectans singulis se, quia liberandæ patriæ autor esse
non possit, desertæ ultorem futurum. Tunc illi ancipiti
periculo circumuēti, honestiorem uiam eligentes, con-
iurant in tyranni necem, atque ita Aristotimus quinto,
posteaquam tyrannidem occupauerat mense opprima-
tur. Interea Antigonus cū multiplici bello, & Ptole-
mæi regis, & Spartanorū premeretur, nouisq; illi ho-
stis Gallogræciæ exercitus adfluxisset, in specie castro-
rū parua manu aduersus ceteros relictæ, aduersus Gal-
los totis uiribus proficiscitur. Quibus cognitis Galli,
cū & ipsi prælia pararēt, in auspiciis pugnæ hostiat
cædunt. Quarum exitis cū magna cædes, interitusq;
omnium prædiceretur, non in timorem, sed in furorē
uersi.

uersi, sperantesq; deorum minas expiari cæde suorum
posse, coniuges & liberos suos trucidant, auspiciis belli
parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos in-
uaserat, ut non parecerent ætati, cui etiam hostes peper-
cissent, bellumq; internecium, & natalitium cum libe-
ris, liberorum que matribus gererent, pro quibus bella
suscipi solent. Itaque quasi scelere uitam uictoriam que
redemissent, sicut erant cruenti ex recenti suorum cæ-
de, in prælium non meliore euentu, quàm omine profi-
ciscuntur. Siquidem pugnantes, prius parricidiorum
furie, quàm hostes circumuenere, obuersantibusq; ante
oculos manibus interemptorum, omnes occasione cæsi.
Tanta strages fuit, ut Di; pariter cum hominibus con-
sensisse in excidium parricidarum uiderentur. Post
huius pugnæ euentum, Ptolemæus & Spartani uicto-
rem hostium exercitum declinantes, in tutiora se reci-
piunt. Antigonus quoq; ubi eorum discessum uidet, re-
centi adhuc ex priorū uictoria militum ardore, bellum
Atheniensibus infert. In quo cū occupatus esset, inte-
rim Alexander rex Epyri uleisci mortem patris Pyr-
ri cupiens, fines Macedoniæ depopulatur. Aduer-
sus quem, cū reuersus à Græcia Antigonus esset, tran-
sitione militum destitutus, regnum Macedoniæ cum ex-
ercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodum
absente patre reparato exercitu, non solum amissam
Macedoniam recipit, uerum etiam Epyri regno Ale-
xandrum

Galle-
rum cædes.

Ptolemæus
Epyrius
Aegypti
rex III.
Antigonus
vincitur ab
Alexandro
Pyrri filio

Demetrius
Macedoniæ
rex:
Fortunæ uo-
lubilitas

Q

xandrum spoliat. Tanta uel mobilitas militum, uel fortuna uarietas erat, ut uicissim reges, nunc exules, nunc reges uiderentur. Igitur Alexander cum exul ad Arcadas confugisset, non minore Epyrotarum desiderio, quam sociorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tempus rex Cyrenarum et Agas decedit, qui ante infirmitatem Beronicem unicam filiam, ad finiendam cum Ptolemaeo fratre certamina, filio eius desponderat. Sed post mortem Antigoni regis, mater uirginis Arsinoë, ut inuita se contractum matrimonium solueret, misit, qui ad nuptias uirginis, regnumque Cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni a Macedonia accerserent, qui et ipse ex filia Ptolemaei procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque cum secundante uento celeriter Cyrenas aduolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere soerui coeperat, statim a principio superbus regie familie, militibusque impotens erat. Studiumque placendi a uirgine in matrem contulerat. Que res respecta aprius uirgini, deinde popularibus, militibusque inuisa fuit. Itaque uersis omnium animis in Ptolemaei filium, insidias

Demetrius propter adulterium necatur.

et subsecuta.

Demetrio comparantur: cui cum in lectum socrus concessisset, percussores immittuntur. Sed Arsinoë audita uoce filie ad fores stantis, et precipientis ut matri parceret, adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto, Beronice et stuprum matris salua pietate ultra est, et in matrimonio sortiendi iudicium patris et sequitur.

IVSTI

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXVII.



PORTVO Syriae rege Antiocho, cum in locum eius filius Seleucus successisset, hortante matre Laodice, qua inhibere debuerat, auspicia regni a paricidio coepit. Quippe Beronice nouercam suam, sororem

Antiochus Theos. Seleucus Gallinicus Syriae rex.

Ptolemaei regis Aegypti, cum paruulo fratre ex ea suscepto, interfecit. Quo facinore perpetrato, et infamiae maculam subiit, et Ptolemaei bello se implicuit. Porro Beronice, cum ad se interficiendam missos didicisset, pariterne Daphnae se claudit. Vbi cum obsideri eam cum paruulo filio nunciatum ciuitatibus Asiae esset, recordatione paterna, maiorumque dignitatis eius, et casum tam indignae fortunae miserantes, auxilia ei omnes misere. Frater quoque Ptolemaeus periculo sororis excitus, relicto regno, cum omnibus uiribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum cum ui expugnari non posset, dolo circumuenta trucidatur. Indigna res omnibus uisa. Itaque cum uniuersae ciuitates, quae defecerant, ingentem classem comparassent, repente exemplo crudelitatis exterritae, simul et in ultionem eius quam defensuri erant, Ptolemaeo se tradunt: qui nisi in Aegyptum domestica seditione reuocatus esset, totum regnum

Parricidium Seleuci.

Beronice trucidatur.

Q. 2 num

num Seleuci occupasset. Tantum uel illi odium parricidiale scelus, uel huic fauorem indignae interemptae mors sororis attulerat. Post discessum Ptolemæi Seleucus cum aduersus ciuitates, quae defecerant, ingentem classem comparasset, repente, ueluti Dijs ipsis parricidium uindictantibus, orta tempestate, classem naufragio amittit: nec quidquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus & spiritum, & paucos naufragij comites, residuos fortuna fecit. Misera quidem res, sed optanda Seleuco fuit, siquidem ciuitates, quae odio eius ad Ptolemæum transierant, uelut Dijs arbitris satisfactum sibi esset, repentina animorum mutatione, in naufragij miseriam uerse imperio se eius restitunt. Letus igitur malis suis, & damnis ditior redditus, uelut par uiribus bellum Ptolemæo infert. Sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset, quam ut amitteret: uictus prælio, non multo quam post naufragium, comitator, trepidus in Antiochiam confugit. Unde ad Antiochum fratrem literas fecit, quibus auxilium eius implorat, oblata ei Asia inter fines Tauri montis, in premium laetæ opis. Antiochus autem cum esset annos XIII. natus, supra ætatem regni audius, occasione non tam pio animo, quam offerebatur, arripuit: sed latronis more totum fratri eripere cupiens, puer sceleratam, uirilemque sumit audaciam. Unde hic Hierax est cognominatus, quia non hominis,

Seleucus
vincitur à
Ptolemæo.

Antiochus
regis.

sed accipitris ritu in alienis eripiendis uitam sectatur. Interea Ptolemæus cum audisset regem Antiochum in auxilium Seleuco uenire, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos XX. cum Seleuco pacem facit. Sed pax ab hoste data interpellatur à fratre: qui conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum pro fratre hostem se imploratus exhibuit. In eo prælio uirtute Gallorum uictor, quidem Antiochus fuit, sed Galli arbitantes Seleucum in prælio eecidisse, in ipsum Antiochum arma uertunt, libentius depopulaturi Asiæ, si omnem stirpem regiam extinxissent. Quod ubi sensit Antiochus, uelut à prædonibus auro se redemit, societatemque cum mercenarijs suis iungit. Interea rex Bithyniæ Eumenes, sparsis consumptisque fratribus, bello intestinae discordiæ, quasi uagantem Asiæ possessionem inuasurus, uictorem Antiochum, Gallosque aggreditur: nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione, integer ipse uiribus superat. Ea namque tempestate omnia bella in exitium Asiæ gerebantur, uti quisque fortior fuisset, Asiam uelut prædam occupabat. Seleucus & Antiochus fratres, bellum propter Asiam gerebant. Ptolemæus rex Aegypti, sub specie sororiæ ultionis, Asiæ inhiabat. Hinc Bithynius Eumenes, inde Gallici semper mercenaria manus Asiam depopulabantur, cum interea nemo defensor Asiæ inter tot prædones inueniebatur. Victo Antiocho cum Eumenes maiorem

Impium bellum Antiochi aduersus fratrem. Gallorum præsidia.

Eumenes Asiam inuadit.

Asia communis regum præda.

Alii, humilior semper mercenarij manus.

partem Asiae occupasset, ne tunc quidem fratres, per-
dito premio, propter quod bellum gerebant, concordia
re potuerunt. Sed omisso externo hoste in mutuum exi-
tium bellum reparant. In eo Antiochus denique uictus,
multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum
suum Artamenem regem Cappadociae prouehitur. A
quo cum primum benignè susceptus esset, interiectis
diebus, cognito quòd sibi insidiae pararentur, salutem su-
ga quaesuit. Igitur cum profugo nusquam locus tutus es-
set, ad Ptolemæum hostem, cuius fidem tutiorem, quam
fratris existimabat, decurrit: memor uel quæ facturus
fratri esset, uel quæ meruisset à fratre. Sed Ptolemæus
non tam amicus ei deditus, quam hostis factus, seruari
eum arctissima custodia iubet. Hinc quoque Antiochus
opera cuiusdam meretricis adiutus, quam familiaris
agnouerat, deceptis custodibus labitur, fugiensq; à Leo-
tronibus interficitur. Seleucus quoq; iisdem ferme die-
bus amisso regno, equo præcipitatus finitur: sic
fratres, quasi & germanis casibus exules
ambo, post regna scelerum suorum
poenas luerunt.

IVSTI

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXVIII.



Lympias Pyrrhi Epyrote regis Olympias
filia, amisso marito, eodemq; ger-
mano fratre Alexandro, cum tu-
telam filiorum ex eo suscepto-
rū Pyrrhi & Ptolemæi, regniq;
administrationem ipsa recepisset,
ab Aetolis partem Acarnaniae, quam in portionem
belli pater pupillorum acceperat, eripere uolentibus,
ad regem Macedoniae Demetrium decurrit: cuiq; habenti
uxorem Antiochi regis Syriae sororem, filiam suam Py-
thiam in matrimonium tradidit: ut auxilium, quod mi-
sericordia non poterat, iure cognationis obtineret.
Fiunt igitur nuptiae, quibus & noui matrimonij gra-
tia acquiritur, & ueteris offensa contrahitur. Nam
prior uxor uelut matrimonio pulsa, sponte sua ad fra-
trem Antiochum discedit, eumq; in mariti bellum im-
pellit. Acarnanes quoq; diffisi Epyrotis, aduersus Ae-
tolos auxilium Romanorum implorantes, obtinuerunt
à Romano Senatu, ut legati mitterentur, qui denun-
ciarent Aetolis, praesidia ab urbibus Acarnaniae deduc-
erent, paterenturq; esse liberos, qui soli quondam ad-
uersus Troianos, autores originis suae auxilia Graecis
non miserunt. Sed Aetoli legationem Romanorum
supra

Legati Ro-
manorum
ad Aetolos.

supra



Artamenes
Cappadocia
rex

Antiochus
fratrem me-
tuens, ad ho-
stē confugit.
Antiochi &
Seleuci fra-
trum mors.

Superba Ac-
colorum re-
sponso.

superbè audierunt, Pœnos illis, & Gallos, à quibus tot
bellis uexati, toties occisione sint casti, exprobrantes,
dicentesq; : prius illis portas aduersus Carthaginenses
aperiendas, quas clausit metus Punici belli, quam in
Græciam arma transferenda. Meminisse deinde iubent,
quibus mimentur, aduersus Gallos urbem suam eos tueri
nō potuisse, captamq; non ferro defendisse, sed auro res
demisse. Quam gentem se aliquanto maiori manu Græ-
ciam ingressam, non solum externis uiribus, sed ne dos
uesticis quidē tectis adiutos, uniuersam deesse: sedemq;
sepulchris eorum præbuisse, quā illi uiribus, imperioq;
suo proposuerant. Contra, Italiam trepidis ex recentis
urbis suæ incendio Romanis uniuersam ferme, à Gallis
occupatā. Prius igitur illis Gallos Italia pellendos, quā
mimentur Aetolis: priusq; sua defendenda, quā aliena
defendi adpetenda. Quos autem homines Romanos esse
se, nempe pastores, qui latrocinio iustis dominis ademp-
tum solum teneant, qui uxores cum propter originis
dehonestamenta, nec inuenirent, ui publica rapuerint,
qui denique urbem suam parricidio condiderint, murora-
rumq; fundamenta fraterno sanguine adsperserint. Aeo-
tolos aut principes Græciæ semper fuisse, & sicut digni-
tate ita & uirtute cæteris præstitisse. Solos deniq; esse
se, qui Macedonas imperio terrarum florentes semper
contempserint, qui Philippum regem non timuerint,
qui Alexandri Magni post Persas, Indosq; deuictos, cū

Liuius de his
copiose.

Fraterno pri-
mi madue-
runt sangui-
ne muri.
Lucanus.

omnes nomen eius horrent, edicta sperauerint. Mo-
tere igitur se Romanos, contenti sint fortuna præsen-
ti: nec prouocent arma, quibus & Gallos castos, et Ma-
cedonas contemptos uideant. Sic dimissa legatione Ro-
manorum, ne fortius locuti, quā fecisse uiderentur, si-
nes Epyri regni Acarnaniæ depopulantur. Iam Olym-
pias filijs regna tradiderat, & in locum Pyrrhi fratris
defuncti, Ptolemæus successerat: qui cum hostib. instru-
cto exercitu obuius processisset, infirmitate corruptus
in itinere decedit. Olympias quoque non magno post te-
pore gemino funerum uulnere adstricta, † egrum spiri- † egræ.
tum trahens, non diu filijs superuixit. Cùm ex gente re-
gia sola Nereis uirgo cum Laodomia sorore superes-
set, Nereis nubit Geloni Siciliae regis filio. Laodomia
autem cùm in aram Dianæ confugisset, concursu popu-
li interficitur. Quod facinus dij immortales asiduis cla-
uibus gentis, & propè interitu totius populi uindica-
uerunt. Nam sterilitatem, famemq; passi, & intestina
discordia uexati, externis ad postremū bellis penè con-
sumpti sunt: Miloq; Laodomiæ percussor, in furorem Milonis fur-
uersus, nunc ferro, nunc saxo, in summa, dentibus la-
ceratis uisceribus, XII. die interiit. His in Epyro ge-
stis interim in Macedonia Demetrius rex, relicto filio
Philippo paruulo admodum, decedit, cui Antigonus tu-
tor datus, accepta in matrimonium matre pupilli, re-
gem se constituere laborat. Interiecto deinde tempore

Pyrrhi uxor
cum duobus
filijs, Pyrrho
& Ptolemeo,
moritur.

Nereis &
Laodomia,
Pyrrhi filia.

Milonis fur-
tor.

Antigonus
Philippi tu-
tor.

cum seditione minaci Macedonum, clausus in regia teneretur, in publicum sine satellitibus procedit: proiecitur que in vulgus diademate ac purpura, dare hæc eos alteri iubet, qui aut imperare illis sciat, aut cui parere ipsi sciant: se adhuc inuidiosum illud regnum, non voluptatibus, sed laboribus ac periculis sentire. Commemoratur deinde beneficia sua, ut defectionem sociorum vindicauerit, ut Dardanos Thessalosque exultantes morte Demetrii regis compescuerit: ut denique dignitatem Macedonum non solum defenderit, uerum etiam auxerit. Quorum si illos poeniteat deponere imperium, & reddere illis munus suum, quia regem querant, cui imperent, cum populus pudore motus, recipere cum regnum iuberet, tædium recusauit, donec seditionis autores supplicio traderentur. Post hæc bellum Spartanis infert, qui soli Philippi Alexandrique bellis, & imperium Macedonum, & omnibus metuenda arma contempserunt. Inter duas nobilissimas gentes bellum summis utrinque uiribus fuit. Cum hi pro uetere Macedonum gloria, illi non solum pro illibata libertate, sed etiam pro salute certarent: nisi Lacedæmonij non ipsi tantum, sed etiam coniuges liberiq; magno animo fortunam tulere.

Constantia Spartanorum in aduersa fortuna: *ἄρρηκτος ἦν ἡ ἀνδρεία τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀντιπαύσειν αὐτοῦ.*
Thucydides.

Nemo quippe in acie saluti pepercit: nulla amissum coniugem fleuit: filiorum mortem senes laudabant: patribus in acie

in acie cæsis filie gratulabantur. Suam uicem omnes dolebant, quod non ipsi pro patriæ libertate deciderent. † cecidisset

Parentes omnes domibus saucios excipiebant, uulneratos curabant, lapsos reficiebant. Inter hæc nullus in urbe strepitus, nulla trepidatio: magis omnes publicam, quam priuatam fortunam lugebant. Inter hæc Cleomenes rex post multas hostium cædes, toto corpore, suo pariter & hostium cruore madens, superuenit. Ingressusque urbem non humi cõsedit, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum onus deposuit: sed accliuus parieti, cum quatuor millia sola, ex pugna superfuisset cõspexisset, hortatur, ut se ad meliora Reipublicæ tempora reseruarent: tum cum coniuge & liberis Aegyptum ad Ptolemeum proficiscitur. A quo honorifice susceptus, diu & in summa dignitate regis uixit. Postremo post Ptolemei mortem, a filio eius cum omni familia interficitur. Antigonus autem, cæsis occidione Spartanis, fortunam tantæ urbis miseratus, a direptione milites prohibuit, ueniamque his qui supersuerant, dedit. Prefatus bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis habuisse: cuius fuga, omnis ira eius finita sit: nec minore sibi gloria fore, si ab eo seruata Lacedæmonia sit, quam si cæpta proderetur. Parcere igitur se solo urbis, ac tectis, quoniam homines quibus parceret, non superfuissent. Nec multo post ipse decedit, regnumque Philippo annos XIII. nato, tradidit.

† Citius legerem, luxos aut luxatos. Cleomenes Spartanorum rex, egregij imperatoris exemplum. Plut. in Vitis.

Moderati uictoris exemplum Antig.

Antigoni mors. Plutarchus ait, Antigonum phili & catatro laborantem in media pugna, cum clamore pectus ruptisset, expi-



Antigonus Macedonia rex Spartanis bellum infert.

Vincuntur Spartani ab Antigonono.

IUSTINI HISTORICI

LIBER XXIX.



Philippus Ma-
cedonis rex.

Syriæ rex An-
tiochus Ma-
gnus.
Ariarathes
rex Cappa-
docia.
Ptolemæus
Pharæus
per ironiam
dictus.
Annibal
Carthaginē-
sum dux.

Isdem fermè temporibus, pro-
pè uniuersi orbis imperia, no-
ua regum successione mutata
sunt. Nam in Macedonia Philip-
pus, mortuo Antigono tutore,
eodemq; uirico, XIII. annoru
regnū suscepit: et in Asia inter
fecto Seleuco, impubes adhuc rex Antiochus constitutus
est. Cappadocia regnum quoq; Ariarhati puero ad-
modū, pater ipse tradiderat: Aegyptum, patre ac matre
interfectis, occupauerat Ptolemæus, cui ex facinoris
crimine cognomento Philopater ex contrario fuit. Sed
Spartani in locum Cleomenis suffecerūt Lycurgum. Et
ne qua temporibus mutatio deesset, apud Carthaginē
etate adhuc immatura dux Annibal constituitur, non
penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum
eum à pueritia sciebant. Fatale non tã Romanis, quam
ipsi Africæ malum. His regibus pueris licet nulli seni-
oris etatis rectores erant, tamen in suorum quibusque
maiorum uestigia intentis, magna indoles uirtutis emi-
cuit. Solus Ptolemæus scelestus, sicut in occupando re-
gno, ita et segnis in administrando fuit. Philippū Darda-
nani, ceteriq; finitimi populi quibus, uelut immortale
odium

odium cum Macedonum regibus erat, contemptu et a-
tis asidue laceffebant. Contra ille, summotis hostibus
non contentus sua defendisse, etiam Aetolis bellum in-
ferre gestiebat: quæ agitantem illum Demetrius rex
Illyriorum, nuper à Paulo Romano consule uictus, † Populi
supplicibus precibus adgreditur: iniuriã Romanorum
querens: qui non contenti Italiæ terminis, imperium,
spe improba totius orbis amplexi, bellum cum omnibus
regibus gerant. Sic illos Siciliæ, sic Sardinia Hispaniaeq;
sic deinde totius Africæ imperium adfectantes, bellum
cum Poenis, et Annibale suscepisse, sibi quoq; non ali-
am ob causam, quam quod Italiæ finitimus uidebatur,
bellum illatum: quasi nefas esset, aliquem regem iuxta
imperij eorum terminos esse: sed et ipsi cauendum es-
se exemplum: cuius quanto proprius nobiliusq; sit re-
gnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus.
Super hoc cedere se illi regno, quod Romani occupaue-
runt, proficetur: gratius habiturus, si in possessione im-
perij sui socium potius, quam hostem uideret. Huiusce-
modi oratione impulit Philippum, ut omisis Aetolis
bellum Romanis inferret: minus negocij existimantem,
quod iam uictos ab Annibale apud Trasimenum lacum
uiderat. Itaq; ne multis bellis eodem tempore grauere-
tur, pacem cum Aetolis fecit: non quasi aliò bellū trans-
laturus, sed ut Græciæ quieti consulturus, quam min-
quam in maiori periculo fuisse adfirmabat. Siquidē cons-
urgens

Demetrii Il-
lyriorum re-
gis ad Philip-
pum oratio.
Liuuius con-
sul de his om-
nibus triumphauit, Flor.

Philippus
Macedoniæ
rex Romanis
bellū infer-
t. Duce Flam-
minio.
Rationes pa-
cis à Philip-
po cum Aeto-
lis facta.



surgentibus ab Occidente nouis Pœnorum & Romanorum imperijs, quibus una hæc à Græcia & Asia sit mora, dum inter se bello discrimen imperij faciunt, cæterum statim uictorios transitum in orientem fore. Videre se itaque, ait, consurgentem in Italia urbem illam trucis & cruenti belli: uidere tonantem, ac fulminantem ab occasu procellam: quam in quasung; terrarum partes uictoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam. Frequenter Græciam intragentes motus passam, nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa ludum fuisse existimatos, si ea quæ nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit. Cernere se, quam cruenta & sanguinaria inter se bella utriusque populi, et uiribus copiarum, & ducum artibus gerant: quæ rabies solo finiri partis alterius interitu, sine ruina finitumorum non possit. Feros igitur animos uictorū, minus quidem Macedonia, quæ Græciæ timendos, quia & remotior in uindictam sui robustior sit. Scire tamen se eos, qui tantis uiribus concurrant, non contentos hoc sine uictoria fore: metuendumque sibi quoque certamen eorum, qui superiores extiterint. Hoc protextu, finito cum Actolis bello, nihil aliud quæ Pœnorum Romanorumque bella respiciens, singulorum uires perpendebat. Sed nec Romani, quibus Pœni & Annibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedonico uidebantur. Nam terrebant

rebat eos & uetus Macedonum uirtus, & deuicti Orientis gloria, & Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quem promptum ad bella industriūque cognouerant. Igitur Philippus cum iterato proelio uictos huius principis Romanos didicisset, aperte hostem se his professus, naues, quibus in Italiam exercitum traieceret, fabricare cepit. Legatum deinde ad Annibalem iungende societatis gratia cum epistolis mittit, qui comprehensus, et ad Senatum productus, incolumis dimissus est, non in honorem regis, sed ne dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur. Postea uerò cum Romanis nunciatum esset, in Italiam Philippum copias traiecerunt, Leuinum prætorē cum instructis nauibus ad prohibendum transitum mittunt, qui cum in Græciam uenisset, promissis multis impulit Aetolos bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoque Actolos in Romanorum bella sollicitat. Interea & Dardani Macedoniae fines uastare ceperunt, abductisque XX. milibus captiuorum, Philippum à Romano bello ad tuendum regnum reuocarunt. Dum hæc aguntur, Leuinus prætor in Italia cum Attalo rege societate, Græciam populatur: quibus cladibus percussa ciuitates, auxilium petentes, Philippum legationibus fatigant, necnon & ab Illyriorum rege lateri eius herentes, assiduus precibus promissis exigebant. Super hæc uastati Macedones ultionem & Illyriorum flagitabant. Quibus tot tantisque obseis rebus, cui rei

Apud Trebi-
am consule
Sempronio,
Legationis
huius prin-
ceps fuit Xe-
nophanes,
Liu. lib. 3. De
cadis III.
perductus
M. Valerius
Leuinus ad
Tarentum
erat cum na-
uibus LII.
De fœdere
inter Roma-
nos & Aeto-
los factō, Li-
uius lib. 6.
Decadis III.
Dardani.
De rege Per-
gamorum,
Florus.
Leuinus in-
itædus cum
Attalo Atræ,
& Pleurato-
ac Scerdile-
do Thracum
regibus.

primò

primò occurreret, ambigebat, omnibus tamen propellere auxilia se missurum pollicetur, non quia facere posset que promittebat, sed ut spe impletos in societatis ut re retineret. Prima tamen illi expeditio adversus Dardanios fuit, qui absentiam eius aucupantes, maiore bellimole Macedoniae imminebant. Cum Romanis quoque edfule, facit, pacem facit, contentus interim bellum Macedoniae distulisse, Philopœmeni Achaëorum duci, quem et Romanos, sociorum que animos sollicitare didicerat, insidiatum præterdit. Quibus ille cognitis, uitatisque, discedere ab eo Achaëos autoritate sua cœgit.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXX.

Ptolemæi
scelera.



Plato: Quales in republica principes sunt, tales reliqui

Hilippo in Macedonia magnis rebus intento, Ptolemæi in Aegypto diversi mores erant: nam regno parricidio obtento, et ad necem utriusque paratis, cæde etiam fratris adiuncta, ueluti rebus feliciter gestis, luxurie sese eradio derat, regisque mores omnis secuta regio erat. Itaque non amici tantum præstetique, uerum etiam omnis exercitus, deo postis militiae studiis, ocio ac desidia corrupti marce-

bant. Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Syriae, ues. solent esse et teri inter se regnorum odio stimulante, repentino bello multas urbes eius oppressit, ipsamque Aegyptum agrediatur. Trepidat igitur Ptolemæus, et per legationes quousque uires parat, rogat morari Antiochum. Magnò deinde in Græcia exercitu conducto, secundum proelium facit: spoliassetque regno Antiochum, si fortunam uirtute iuuisset. Contentus recuperatione urbium, quas amiserat, factaque pace auidem materiam quietis arripuit: reuolutusque in luxuriam, occisa Eurydice uxore, eademque sorore sua, Agathocleæ meretricis illecebris capitur, Atque ita omni magnitudine nominis, ac maiestatis oblitus, noctes in stupris, dies in cœuiuijs consumit. Adduntur INSTRUMENTA LVXURIAE TYMPANA ET TRIPVDIA: nec iam spectatur rex, sed magister nequitiae neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primò labentis regie tacita pestis, et occulta mala fieri. Deinde crescente licentia, iam nec parietibus regie domus contineri meretricis audacia potest: quam proteruiorem, sociata cum Agathocleæ fratre ambitiose pulchritudinis sortito, quotidiana regis supra faciebant. Accedebat et mater Euanthe, quæ geminæ sobolis illecebris deum-stum regem tenebat. Itaque non contentæ rege, iam etiam regnum possident, iam in publico uisuntur, iam saluantur, iam comitantur. Agathocles regis lateri-

Bellum Antiochi Magni & Ptolemæi.

Exemplum corrupti & intemperatis principis Ptolemæus.

Agathocles. Ptolemæi luxuria.

unctus, ciuitatem regebat: tribunatus, praefecturas, & ducatus, mulieres ordinabant: nec quisquam in regno suo minus, quam ipse rex poterat. Cum interim relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur: sed mors eius, dum pecuniam regiam mulieres rapiunt, & imperium inita cum perditissimis societate occupare conantur, diu occultata fuit. Re tamen cognita concursu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in ultione Euridicis patibulis suffiguntur. Morte regis, supplicio meretricum uelut expiata regni infamia, legatos Alexandrini ad Romanos miserunt, orates, ut tutelam pupilli susciperent, tuerenturq; regnum Aegypti quod iam Philippum, & Antiochum, facta inter se pactione, diuisisse dicebant. Grata legatio Romanis fuit, causam belli querentibus aduersus Philippum, qui insidiatus eis temporibus Punici belli fuerat. Huc accedebat quod Poenis & Annibale superato, nullius magis arma metuebant, reputantibus quantum motum Pyrrhus parua manu Macedonum in Italia fecisset, quantas que res Macedonas in orientes gessissent. Mittuntur igitur legati, qui Antiocho, & Philippo, ut a regno Aegypti abstineant, nuncient. Mittitur & M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administraret. Dum haec aguntur, interim legati Attali regis Pergameni, & Rhodiorum iniurias Philippi regis querentes, Romam uenerunt. Quae res omnem cunctationem Macedo-

Legati Alexandrinorum ad Romanos Occasio Romanorum gerendi belli cum Philippo.

M. Lepidus.

Bellum Ma-

cedonici belli senatui exemit. Statim praetextu ferendi auxilij socijs, bellum aduersus Philippum decernitur, legionesq; cum Consule in Macedoniam mittuntur. Nec multo post tempore tota Graecia fiducia Romanorum aduersus Philippum, spe pristinae libertatis erecta, bellum ei intulit. Atque ita cum rex undiq; urgeretur, pacem petere compellitur. Deinde cum expositae conditiones pacis a Romanis essent, repetere sua & Attalus, et Rhodij, & Achai, & Aetoli coepere. Contra, Philippus adduci se posse, ut Romanis pareat, concedebat. Caterum indignum esse, Graecos a Philippo, & Alexandromaioribus suis uictos, & sub iugum Macedonici imperij subactos, uelut uictores, leges pacis sibi dicere, quibus prius sit ratio seruitutis redenda, quam libertas uendicanda. Ad postremum tamen, eo petente, induciae duorum mensium sunt datae, ut pax quae in Macedonia non conueniebat, Romae a Senatu peteretur. Eodem anno inter insulas Theramenem, & Therasiam medio utriusq; ripae, & maris spacio terrae motus fuit, in quo, cum admiratione nauigantium, repente ex profundo cum calidis aquis insula emerfit. In Asia uero eodem die motus terrae Rhodum, multasq; alias ciuitates graui ruinarum mole concussit. Quasdam solidas absorbit. Quo prodigio territis omnibus, uates cecinere, oriens Romanorum imperium uetus Graecorum ac Macedonum uoraturum. Interim a Senatu repudiata pace, Philippus in societatem

cedonicum de quo Linius. Consul in Macedonia missus fuit, P. Sulpicius.

De pacis conditionibus vide Linium in fine lib. 2. belli Macedonici.

Terrae motus Linius refert lauream in praetoria nauem enatam eodem quoque tempore.

Alij legunt bellum Nabin tyrannum sollicitat, Atque ita cum in actum exercitum, instructis è diverso hostibus, produxisset, hortari suos cepit. Referendo Persus, Baetros, Indosq; & omnem Asiam orientis sine à Macedonibus perdomitam, tantoq; fortius hoc bellum, quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio clarior. Sed & Flaminius Romanorum Consul, relatione rerum recentissimè gestarum, suos stimulabat in proelium, ostendendo hinc Carthaginem cum Sicilia, inde Italiam, & Hispaniam Romana uirtute perdomitas, nec Annibalem Alexandro quidem Magno postponendum: quo Italia pulso, Africam ipsam tertiam partem mundi superauerint. Sed nec Macedonas ueteri fama, sed presentibus uiribus testimandos: quia non cum Alexandro Magno, quem inuictum audierant, nec cum exercitu eius, qui totum orientem deuicerat, bellum gerant, sed cum Philippo puero immature ætatis, qui regni terminos aduersus finitimos egrè defendat, & cum ijs Macedonibus, qui non ita, ut pridem fuerunt, illos maiorum decora, Romanos se suorumq; militum commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem, & Pœnos & totum ferme occidentem, sed ijs ipsis, quos in acie habebat militibus, subactos. His adhortationibus utrimq; concitati milites, proelio concurrunt, alteri orientis, alteri occidentis imperio gloriantes, ferentesq; in bellum alij maiorum suorum antiqua, & obsoleta gloria

Alij legunt bellum Nabin tyrannum sollicitat, Atque ita cum in actum exercitum, instructis è diverso hostibus, produxisset, hortari suos cepit. Referendo Persus, Baetros, Indosq; & omnem Asiam orientis sine à Macedonibus perdomitam, tantoq; fortius hoc bellum, quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio clarior. Sed & Flaminius Romanorum Consul, relatione rerum recentissimè gestarum, suos stimulabat in proelium, ostendendo hinc Carthaginem cum Sicilia, inde Italiam, & Hispaniam Romana uirtute perdomitas, nec Annibalem Alexandro quidem Magno postponendum: quo Italia pulso, Africam ipsam tertiam partem mundi superauerint. Sed nec Macedonas ueteri fama, sed presentibus uiribus testimandos: quia non cum Alexandro Magno, quem inuictum audierant, nec cum exercitu eius, qui totum orientem deuicerat, bellum gerant, sed cum Philippo puero immature ætatis, qui regni terminos aduersus finitimos egrè defendat, & cum ijs Macedonibus, qui non ita, ut pridem fuerunt, illos maiorum decora, Romanos se suorumq; militum commemorare. Non enim alio exercitu Annibalem, & Pœnos & totum ferme occidentem, sed ijs ipsis, quos in acie habebat militibus, subactos. His adhortationibus utrimq; concitati milites, proelio concurrunt, alteri orientis, alteri occidentis imperio gloriantes, ferentesq; in bellum alij maiorum suorum antiqua, & obsoleta gloria

Pugna inter Philippum & Flaminiū Romanū ad Cynocephalas in Thessalia. Flaminiū ad milites exhortatio. Inter testimandos

gloriam, alij uirentem recentibus experimentis uirtutis florem. Sed Macedones Romana fortuna uicit. Fractus itaque bello Philippus, pace à Flaminiō Consule petita, nomen quidem regium retinuit, sed omnibus Græciæ urbibus, ueluti regni membri extra terminos antiquæ possessionis amissis, solam Macedoniam retinuit. Offensi tamen Aetoli, quia nō ex arbitrio eorum, Macedonia quoque adempta regi, & data sibi in præmium belli esset, legatos ad Antiochū mittunt, qui cum adulatione magnitudinis in Romana bella spe societatis uniuersæ Græciæ impellerent.

Philippus vincitur à Romanis. Alij Thraciæ. Aetolorum dux Thoas impulit Antiochū, Florus

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXXI.



Ortuo Ptolemæo Philopatre rege Aegypti, cōtemptaq; paruuli filij eius ætate qui in spem etiam regni relictus, præda domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occupare Aegyptū statuit. Itaque Phœnicem, cæterasq; Syriæ quidem, sed iuris Aegypti ciuitates cum inuassisset, legatos ad eum Senatus mittit, qui denunciarent ei, abstineret à regno pupilli, postremis patris precibus fidei sue traditi.

traditi. Quibus spretis interiecto tempore alia legatio superuenit, quæ omiſſa pupilli persona, ciuitates iure belli factas Populi Romani in integrum restitui iubebat. Abnuenti bellum denunciatur, quod ille facile susceptum infelicitè gessit. Eodem tempore, & Nabis Tyrannus multas Græciæ ciuitates occupauerat. Igitur Senatus, ne eodem tempore duplici bello Romane uires detinerentur, scripsit Flamini, si ei uideatur, sicuti Macedoniam à Philippo, ita Græciam à Nabide liberaret. Ob quam causam imperium ei prorogatum est. Terribile quippe Antiochi bellum Annibalis nomen faciebat, quem æmuli eius, occultis mandatis, cum Antiocho inisse societatem apud Romanos criminabantur: negantes eum æquo animo sub legibus uiuere, assuetum imperio & immoderata licentia militari, semper que tædio quietis urbanae, nouas belli causas circumspiceret: que & si falsa nunciata fuissent, apud timentes tamen pro ueris habebantur. Denique Senatus metu perculsus, ad speculandos actus Annibalis legatum in Africam Seruilium mittit, eiq; tacitis mandatis præcepit, ut si posset, eum per æmulos eius interficeret, metuq; inuisi nominis, eadem Populum Romanum liberaret. Sed res Annibalem non diu latuit, uirum ad prospicienda, cauenda que pericula peritum, nec minus in secundis aduersa, quam in aduersis secunda cogitantem. Igitur cum tota die in oculis principum, legatiq; Roma-

ni, in foro Carthagensium obuersatus in supremum fuisset, appropinquante uespere, equum conscendit, & rus urbanum, quod prope littus maris habebat, ignarus seruis iussisq; ad portam diuertentem operiri, contendit. Habebat ibi naues cum remigibus, occulta sinu littoris absconditas. Erat etiam grandis pecunia in eo agro præparata, ut cum rex exegisset, nec fastas fugam, nec inopia moraretur. Lecta igitur seruorum iuuentute, quorum copiam Italicorum captiuorum numerus augebat, nauem conscendit, cursumq; ad Antiochum dirigit. Postera die ciuitas principem suum, ac tum temporis consulem in foro expectabat: quem ut profectum nunciatum est, non aliter quam si urbs capta esset omnes trepidauere, exitiosam quoque sibi fugam eius ominati sunt. Legatus uero Romanus, quasi bellum iam illatum Italiae ab Annibale esset, tacitus Romam reuertitur, trepidumq; nuncium refert. Interim Flaminius in Græcia, iuncta cum quibusdam ciuitatibus societate, Nabidem tyrannum duobus cõtinuis prælijs subegit, & grauiter fractum, uelut exanguem in regno reliquit. Sed libertate Græciæ restituta, reductis ab urbibus præsijs, cum Romanus exercitus in Italiã reportatus esset, uelut uacua rursus possessione sollicitatus, multas ciuitates repentino bello inuasit: quibus exterriti Achæi, ne uicinum malum etiam ad se serperet, bellum aduersus Nabidem decernunt, duce[m] que

Annibalis ex Africa fuga ad Antiochum

Liuius de hoc bello Decadis 4. libro 4.



Bellum Romanorum cum Nabide Lacedæmoniorum tyranno.

Annibalis nomen terribile.

† militare

Romani per Seruilium legatum infidias Annibali parant.

Annibalis prudentia.

prætoresuum Philopœmenem insignis industrie uirum, constituunt: cuius in eo bello tanta uirtus emicuit, ut opinione omnium compararetur Flamini Romano imperatori. Eodem tempore Annibal cum ad Antiochum peruenisset, uelut deorum munus excipitur, tantusq; eius aduentus ardor animis accessit, ut non tam de bello, quam de præmijs uictoriæ cogitaret. Sed Annibal, cui nota Romana uirtus erat, negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse. Ad hoc sibi centum naues, & decem millia peditum, & mille equites posebat. Promittens hac manu non minus bellum, quam gessisset, Italie restauraturum: & in Asiam regi sedenti, aut uictoriam de Romanis, aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe & Hispanis bello flagrantibus, ducentum tantum deesse: et Italiam notiores sibi nunc quam pridem fuisse. Sed nec Carthaginem quieturam, sociamq; se sine mora præbituram. Cum regi consilia placuissent, mittitur Carthaginem unus ex comitibus Annibalis, qui in bellum cupidus hortetur, Annibalemq; cum copijs adfuturum nunciet: nihil dicat partibus, nisi animos Carthaginensium deesse: Asiam & uires belli & sumptum præbituram. Hæc cum relata Carthaginem essent, nuncius ipse ab inimicis Annibalis comprehenditur, & perductus in senatum, cum interrogaretur ad quem missus esset, Punico ingenio respondit se ad uniuersum senatum missum. Nec enim hoc opus singulorum

gulorum, sed uniuersorum esse. Dum multis diebus deliberant, an eum Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant, tacitus conscensa naue ad Annibalem reuertitur: quo cognito, Carthaginenses statim Romanam legatum deserunt. Romani quoque ad Antiochum legatos misere, qui sub specie legationis, & regis apparatum specularentur, & Annibalem aut Romanis mitigaret, aut assiduo colloquio suspectum inuisumque regi facerent. Itaque legati cum Ephesi conuenissent ad Antiochum, mandata ei Senatus tradunt. Dum responsam expectant, omnibus diebus assidui cum Annibale fuerunt, dicentes: timide eum à patria recessisse, cum pacem Romani non tam cum Republica, quam cum eo factam summa fide custodiant: nec bella cum Romanorum magis odio, quam patriæ amore gessisse, cui ab optimo quoque etiam spiritus ipse debeatur. Has enim publicas inter populos, non priuatas inter duces bellandi causas esse: inde res gestas eius laudare, quorum sermone letus, sepius cupidiusq; cum legatis colloquitur, ignarus quod pro familiaritate Romana odium sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatam cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum, sicut solebat, referre, expectem que totius consilij, & ueluti hostem proditorumq; suum odisse cepit. Quæ res tantum adparatum belli, cessante imperatoria arte, corrupit. Senatus mandata

Liuius hæc paulo aliter & copiosius narrat.

Legati Romanorum ad Antiochum missi erant P. Sulpitius & P. Iulius.

Legatorum Romanorum astutia.

R S fuerant.



Annibalis consilium de bello contra Romanos gerendo.

Tei Aristoni Tyrionomen erat, qui Carthaginense mittebatur. Hannone intelligit, qui inimicus Barcinæ factioni erat, Plutarchus in Annibali.

Antiochi &
Annibalis de
bello geren-
do consilia.

Annibalis
consilium.

Ratio geren-
di belli cum
Romanis.

† vincere,

suerant, ut contentus terminis Asiae esset, nec ipsis in-
grediendi Asiam necessitatem imponeret. Quibus spre-
tis, non accipiendum bellum statuisse, sed inferendum
dicitur, cum frequenter de bello consilium habuisset re-
moto Annibale, tandem eum uocari iussisse, non ut ex-
sententia eius aliquid ageret, sed ne per omnia eum spre-
uisse uideretur, omnibus que perrogatis, postremum in-
terrogasse: quo ille animaduerso, intelligere se profissa-
sus est, non quia egeat consilio, sed ad supplendum nume-
rum sententiarum se uocatum: tamen & odio Roma-
norum & amore regis, apud quem solum tutum sibi
exilium relictum sit, se uiam gerendi belli edisseruerunt.
Veniam deinde libertatis deprecatus est: nihil se aut
consiliorum, aut coeptorum presentium probare ait:
nec sedem belli Graeciam sibi placere, cum Italia uberior
materia sit. Quippe Romanos uinci non nisi armis suis
posse: nec Italiam aliter, quam Italicis uiribus subigi.
Siquidem diuersum ceteris mortalibus esse illud & bel-
li genus, & hominum: alijs bellis plurimum momenti
habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci tem-
porisq; agros rapuisse, urbes aliquas expugnasse: cum
Romano, seu occupaueris prior aliqua ratione, seu ui-
ceris; tum etiam cum uicto & iacente luctandum est.
Quamobrem, si quis eos in Italia laesserit, suis eis opor-
tus, suis uiribus, suis armis posse † uinci, sicut ipse fecerit.
Sin uero quis illis Italia uelut fonte cesserit uiris

uiri,

um, † perinde falli ac si quis annes non ab ipsis fontium tproinde
primordijs deriuare, sed concretis iam aquarum mo-
libus auertere, uel exiccare uelit. Hoc & secreto se
censuisse, ultroq; ministerium consilij sui obtulisse: &
nunc presentibus amicis ideo repetisse, ut scirent om-
nes rationem cum Romanis gerendi belli: eosq; fors in-
uictos, domi fragiles esse. Prius nanque eos urbe, quam
imperio: prius Italia, quam prouincijs exui posse. Quip-
pe & a Gallis captos, & a se propere deletos esse: neque
se unquam uictum prius, quam terris eorum cesserit.
Reuerso Carthaginem, statim cum loco fortunam belli
mutatam. Huic sententiae obtrectatores amici regis
erant, non utilitatem rei cogitantes, sed uerentes, ne
probato consilio eius, primum apud regem locum gra-
tiae occuparet. At Antiocho non tam consilium, quam
autor displicebat, ne gloria uictoriae Annibalis, non sua
esset. Omnia igitur uarijs assentationum adulationibus
corrumpebantur, nihil consilio uel ratione agebatur.
Rex ipse per hyemem in luxuria lapsus, nouis quotidie
nuptijs deditus erat. Contra, Attilius Romanus consul,
qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma, ceteraq; bel-
lo necessaria, summa industria parabat: ciuitates socias
confirmabat, dubias illiciebat: nec alius exitus belli, quam
adparatus utriusque partis fuit. Itaq; prima belli con-
gressione, cum cedentes suos rex cerneret, non laboran-
tibus auxilium tulit, sed fugientibus se ducem praebuit,
castrisq;

Annibalis de
Romanis iur-
dicium.

Antiochi
negligentia
in parando
bello.

Attilij Ro-
mani Consu-
lis diligen-
tia.

Victus est
Antiochus
ad Thermo-
pylas. Liu. li.
6. Decad. 4.

castrisq;

castrâq; ditia uictoribus reliquit. Deinde cum in Asiam præda Romanis occupatis, fugiendo peruenisset, pœnitere neglecti consilij cepit: reuocatoq; in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius agere uelle dicit. Interim nunciatur ei, Lium t Menenum Romanum ducem cum octoginta rostratis nauibus in bellum nauale à Senatu missum aduentare: que res illi restituerat de fortunæ spem dedit. Itaque priusquam sociæ ciuitates ad hostes deficerent, decernere nauali prælio statuit, sperans cladem in Græcia acceptam noua posse uictoria aboleri. Annibali igitur tradita classe prælium committitur. Sed nec Asiani milites Romanis, neque naues eorum pares rostratis nauibus fuere, minor tamen clades ducis solertia fuit. Roman uondum opinio uictoria uenerat, & idcirco in Consulibus creandis suspensa ciuitas erat. Sed aduersus Annibalem ducem quis melior, quam Africani frater creatur, cum uincere Pœnos opus Scipionum sit? Creatur igitur Consul t Lucius Scipio, cuiq; datur legatus frater Africanus, ut intelligeret Antiochus, non maiorem fiduciam se in Annibale uicto, quam Romanos in uictore Scipiõe habere. Traisparentibus in Asiam Scipionibus exercitum, iam utrobique profligatum bellum nunciatum est, uictumq; Antiochum terrestri, Annibalem nauali bello inuenerunt. Primo igitur aduentu eorum legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africanos ferentes

Antiochus nauili prælio vincitur, C. Liuius Romanæ classis præfecto,

tPublius.

L. Scipio consul proficiscitur cum fratre P. Scipione Africano aduersus Antiochum. Antiochi legatus Byantius Heracli-

ferentes ipsius filium, quem rex paruo nauigio trajicientem ceperat. Sed Africanus priuata beneficia à rebus publicis segregata dixit: aliaq; esse patris officia, alia patriæ iura, que non liberis tantum, uerum etiam uitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere, priuatoq; impendio munificentie regis responsurum. Lium ait, Antiochum P. Scipioni Eleæ ægrotanti, post istam legationem, filium captum misisse: neque solum patrio animo gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse.

Quod ad bellum, pacemq; pertineat, nihil neq; gratie dari, neq; de iure patriæ decidi posse respondit. Nam neq; de redimendo filio unquam tractauit, nec Senatui de eo agere permisit, sed ut dignum maiestate eius erat, armis se recepturum filium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur: ut Asia Romanis cederet, contentus Syriæ regno esset, naues uniuersas, captiuos & transfugas traderet, sumptumq; omnem belli Romanis restitueret. Que cum nunciata Antiocho essent, nondum ita uictum se esse respondit, ut spoliari se regno pateretur: belliq; ea irritamenta, non pacis blandimenta esse. Igitur dum ab utroq; bellum pararetur, & ingressi Asiam Roman, Ilium uenissent, mutua gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit, Iliensibus Aeneam, ceterosq; duces à se profectos, Romanis se ab his procreatos referentibus. Tantaq; lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet. Iuabat Ilienses nepotes suos, Occidente et Africa domita, Asia ut auitæ

des ad Consules pro pace petenda.

Exemplum fortitudinis Scipio.

Sunt & aliæ conditiones apud Plut. non paulo duriores. Pacis conditiones.

Romanorū & Iliensium congratulatio.



regnum uendicare, optabilem Troie ruinas fuisse dicentes, ut tam feliciter renasceretur. Contra, Romanos auitos lares & incunabula maiorum, templaq; ac deorum simulachra, inexplebile desiderium uidentis tenebat. Profectis ab illo Romanis, Eumenes rex cum auxilijs Romanis occurrit.

Pugna Romanorum cum Antiocho circa Magnesia, cuius egregia & prolixa descriptio extat apud Liu.

Nec multo post praelium est cum Antiocho commissum. Cum in dexteriore cornu pulsa legio Romana, maiore dedecore, quam periculo ad castra fugeret, M.

Aemilius Tribunus militum, ad tutelam castrorum relictus, armare milites suos, & extra uallum progredi iubet, strictisq; gladijs fugientibus minari, morituros

dicens, nisi in praelium reuertantur, infestioraq; sua quam hostium castra inuenturos. Attonita tanto periculo legio, comitantibus comilitonibus, qui fugere eos prohibuerat, in praelium reuertitur. Magnaq; caede edita, initium uictoriae fuit. Cesa hostium L. millia, capta XI. millia. Antiocho pacem petenti nihil ad superiores conditiones additum, Africano predicante: NE QVE ROMANIS

SI VINCANTVR ANIMOS MINVI, NE QVE SI VINCANT SECUNDIS REBUS INSOLESCERE. Captas ciuitates inter socios diuisere, muneris Romani aptiore gloria, quam possessiones honorum iudicantes. Quippe uictoriae gloria Romano nomini uendicanda, opum luxuria socijs relinquenda.

IUSTI

T &

Alij XXX. M. ad tutelam castrorum relictis, armare se milites, &c. M. Aemilij virtus.

Antiochus vincitur a Scipionibus.

Affam, Malim legere, violentas, aut uoluptarias.

IUSTINI HISTORICI

LIBER XXXII.



Etoli, qui Antiochum in bella Romana impulerant, uicto eodem,

soli aduersus Romanos, & uiribus impares, et omni auxilio destituti, remanserant. Nec multo post uicti, libertatem, quam

illibatam aduersus dominationem Atheniensium & Spartanorum inter tot Graeciae ciuitates soli retinuerant, amiserunt. Quae conditio tanto illis amarior, quanto senior fuit, reputantibus temporibus illa quibus tantis Persarum opibus domesticis uiribus restiterant, quibus Gallorum uolentiam Asiae Italiaeque terribilem Delphico bello fregerat. Quae sola gloriosa recordatio maius desiderium libertatis augebat. Dum haec aguntur, medio tempore inter Messenios et Achaeos de principatu primo contentio, mox bellum ortum est. In eo nobilis Achaeorum Philopomenus imperator capitur, non quia pugnando uita parceret, sed dum suos in praetium reuocat, in transitu fossae equo precipitatus a multitudinem hostium oppressus est. Quem iacentem Messenij, seu metu uirtutis, uel uerecundia dignitatis interficere ausi non fuerunt. Itaque uelut in illo omne bellum confecerunt.

Aetoli vincuntur a Romanis, Liu, Decad. 4. lib. 8.

Bellum inter Messenios & Achaeos.

De hac pugna Plutarch. in vita Philopomenis.

Philopomenus praecleari imperatoris exemplum,

sent,

sent, captiuum per uniuersam ciuitatem in modum tri-
umphi circumduxerunt, effuso obuiam populo, ac si su-
us, non hostium imperator aduentaret: nec uictorem
Achei auidius uiderunt, quam uictum hostes uiderunt.
Igitur eundem in theatrum duci iusserunt, ut omnes
contuercerentur, quem potuisse capi incredibile singulis
uidebatur. Deinde in carcerem deducto, uerecundiam ma-
gnitudinis eius uenenum ei dederunt, quod ille letis-
si ac si uicisset, accepit: quesito prius, an Lycortas pater
fectus Acheorum, quem secundum se esse scientia rei
militaris sciebat, incolumis effugisset. Quem ut acci-
pit euasisse, etiam non in totum dicens consultum ma-
le Acheis, expirauit. Nec multo post reparato bello
Messenij uincuntur, poenasque interfecti Philopœmenis
pependerunt. Interea in Syria rex Antiochus, cum gra-
ui tributo pacis a Romanis premeretur, et uictus ones-
ratusque esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu auaritia
solicitatus, qua sperabat se sub specie tributariae ne-
cessitatis, excusatus sacrilegia commissurum, adhibito
exercitu, nocte templum ad Dodonæi Iouis adgreditur.
Quare prodita, concursu incolarum cum omni militia
interficitur. Romæ, cum multæ Græciæ ciuitates ques-
tum de iniurijs Philippi regis uenissent, et disceptatio
in Senatu inter Demetrium Philippi filium (quem pater
ad satisfaciendum Senatui miserat) et legatos ciuita-
tatum esset, turba querelarum confusus, adolescens re-
pentē

pentē obtinuit. Tunc Senatus uerecundia eius motus,
qua priuatim etiam antea, cum obses Romæ esset, cha-
rus omnibus fuerat, causam illi donauit: atque ita mode-
stia sua Demetrius ueniens patri, non iure defensionis,
sed patrocinio pudoris obtinuit. Quod ipsi decreto
Senatus significatum est, ut adpareret non tam absolu-
tum regem, quam donatum filio patrem: quæ res De-
metrio non gratiam legationis, sed odium obtrektatio-
nis comparauit. Nam apud fratrem Persea emulatio
illi inuidiam contraxit, et apud Patrem nota absolu-
tionis causa, offensa fuit, indignante Philippo plus mo-
menti apud Senatum personam filij, quam autoritatem
patris, ac dignitatem regis maiestatis habuisse. Igitur
Perseus per sepecta patris ægritudine, quotidie absen-
tem Demetrium apud eum criminari, et primo inui-
sum, post etiam suspectum reddere, nunc amicitiam Ro-
manorum, nunc proditionem ei patris obiektare. Ad
postremum insidias sibi ab eo paratas cōsingit, ad cuius
rei probationem immittit iudices, testes subornat, et
fictus quod obiektat confirmat: quibus rebus pater
compulso ad parricidium, funestam omnem regiam fa-
cit. Occiso Demetrio sublatoque amulo non neglectior
tantum Perseus in patriam, uerum etiam et contuma-
cior erat, nec heredem regni, sed regem se gerebat. His
rebus offensus Philippus impatientius indies mortem
Demetrii dolebat: tunc et insidijs se circumuentum su-

Legatorum
de Philippo
querela.

Demetrii
pudor.

† ipsam

Extant pul-
cherrimæ
utriusque
orationes
apud Liuiū.

† admittit.

Demetrii
mors.

Exemplum
impietatis er-
ga fratrem et
patrem Per-
seus.

§ spicari



Virtutis re-
uerentia.

Philopœme-
nis mors, de
qua copiose
Plutarch. &
Luius.

† Sic Plutar-
legunt alij,
Licorius.

Quod XX.
annis solue-
ret.

Antiochus
Magnus in
sacrilegio in-
terficitur.

Alij Dindy-
meti, quæ ma-
gis placet.

Strabo Beli
templi spo-
liantem An-
tiochum Bar-
barorum con-
cursu inter-
emptum
scribit.

Philippus
moritur post
quam regna-
uerat annis 42.
Philippi ap-
paratus belli
in Romanos.
Galli.

Scordisci.
Tectosagi.

Sacrilegij
vltio.
Aurum To-
lofanum.

† Seruilo,

susplicari, testes iudices que torquere. Atque ita cognita fraude, non minus scelere Persei, quam innocia Demetrii morte cruciabatur. Peregissetq; ultionē, nisi morte præuentus esset. Nā breui post tempore, morbo exegritudine animi cōtracto decessit, relicto magno belli apparatu aduersus Romanos, quo postea Perseus usus est. Nam & Gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat, fecissetq; Romanis graue bellum, nisi decessisset. Nanque Galli bello aduersus Delphos infeliciter gesto, in quo maiorem vim numinus, quam hostium senserāt: ianisso Brenno duce pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. Inde per eadem uestigia, quā uenerant, antiquam patriam repetiūere. Ex his pars quædam in confluente Danubij & Sai confedit: Scordiscosq; se appellari uoluit. Tectosagi autem cum in antiquam patriam Tolosam uenissent, comprehēsiq; pestifera lue essent, nō prius sanitatem recuperauēre, quam aruspicum responsis moniti, aurum argentumq; bello sacrilegijq; questum in Tolosensem lacum mergerent. Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus cōsul abstulit. Fuēre auri pondo C. X. millia, argenti pondo quinquies decies C. millia. Quod sacrilegium causa excidij † Cæpioni, exercituiq; eius postea fuit. Romanos quoq; Cymbrici belli tumultus, uelut ultor sacræ pecunie insecutus est, ex gente Tectosagorum non mediocris populus prædæ dulcedine Illyricum petiuit: hostiatisq;

Istriaq; Istri in Pannonia confedit. Istriorum gentem istria origo. facta est originem à Colchis ducere, misis ab † Aetare † Aceta Argonautæ: ge ad Argonautas, raptoremq; filia persequendos, qui ut à Ponto intrauerunt Istrum, alueo Sai fluminis penitus inuecti, uestigia Argonautarum insequentes, naues Saus. suis humeris per iuga montium usque ad litus Adriatici maris transtulerunt. Cognito quod Argonautæ idem propter longitudinem nauis priores fecissent, quos ut aduectos Colchi non reperiunt, siue metu regis, siue te- Colchi. dio longæ navigationis iuxta Aquileiam confedere: Aquileia Istriq; ex uocabulo annis, quo à mari concesserant, ap- Dacia Getis. pellati. Daci quoq; soboles Getarum sunt, qui cū Olore Dacorum rege aduersus Bastarnas malè pugnaissent, ob ultionem militum ignominia. segnitie capturi somnū, capita loco pedum ponere iussu regis cogebantur: ministriaq; uxoribus, quæ ipsis ante à fieri solebant, facere. Neq; hæc antè mutata sunt, quā ignominiam bello acceptam uirtute delerent. Igitur Perseus, cū imperio Philippi patris successisset, omnes has gentes aduersus Romanos in societate belli sollicita Prusias Bi- bat. Interim inter Prusiam regem, ad quæ Annibal post thynia rex. pacem Antiocho à Romanis datam, profugerat, & Eumenē bellum ortum est, q. Prusias Annibalis fiducia rupto foedere prior intulit. Nanq; Annibal, cū ab Antiocho Romani inter cæteras condiciones pacis, deditioe Annibalis ab Antiocho eius deposcerent, admonitus à rege, in fugā uersus, Cre- fuga in Cre- tam. tam defertur. Vbi cū diu quietā uitam egisset, inuidio-



Annibalis astutia.

Annibal coniectis in naues serpentibus vincit. † serpentum Huius rei ve rustiores Annales non meminerunt, Plutarch.

Annibalis Philopemenis & Scipionis Africani mors.

Annibalis temperantia ac moderatio. Mortuus autem est 70. ætatis suæ anno.

sumq; se propter nimias opes uideret, amphoras plumbæ repletas in templo Dianæ quasi fortunæ suæ præstidia deposuit: atque ita nihil de illo sollicita ciuitate, quoniam uelut pignus opes eius tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo in statuis, quas secum portabat infuso, conspectæ opes uitæ suæ nocerent. Deinde cum Prusiam terrestri bello ab Eumene uictus esset, præliumque in mare transtulisset, Annibal nouo commento autor uictoriae fuit. Nam omne † serpentinum genus in fictilibus lagenas conieciussit, mediog; prælio in naues hostium mutit. Id primum Ponticis ridiculum uisum fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed ubi serpentibus repleti naues coepere, ancipiti periculo circumuenti, hosti uictoriam cessere. Que ubi Romæ nunciata sunt, missi à Senatu sunt legati, qui utrumque regem in pacem cogerent, Annibalem que deposcerent. Sed Annibalre cognita, consumpto ueneno, legationem morte præuenit. Insignis hic annus trium toto orbe maximorum imperatorum fuit mortibus, Annibalis, Philopemenis, & Scipionis Africani. Ex quibus constat Annibalem nec cum Italia, cum Romano tonantem impetrio contremuit, nec cum reuersus Carthaginem summum imperium tenuit, aut cubantem coenasse, aut plus sextario uini indulgisse, pudicitiamque eum tantam inter tot captiuos habuisse, ut in Africa natum quis negaret. Moderationis certè eius fuit, ut cum diuersarum

rum gentium exercitum rexerit, neque insidijs suorum militum sit petitus unquam, neque fraude proditus, cum utrumque hostes sepe tentassent.

I V S T I N I H I S T O R I C I
LIBER XXXIII.



Inore quidem rerum motu Romanorum Bellum Romanorum Macedonicum, quàm Punicum cum Perseo Macedoniæ regem. bellum gesserunt, sed tantò clarioris, quanto nobilitate Macedones rege. Pœnos antecesserunt. Nam cum gloria orientis domiti, tum auxilijs omnium regum iuuabantur. Itaque Romani & legationes plures numero conscripserunt, & auxilia à Macedonia rege Numidarum, cæterisq; socijs omnibus † accipiuerunt. Et Eumeni regi Bithyniæ denunciatum, ut Perseus Macedoniæ rex, bellum summis uiribus iuuaret. Perseo præter Macedonicum exercitum inuictæ opinionis decennij belli sumptus à patre paratus in thesauris, & in horreis octingentos tritici modios habuisse Plutarch. scribit. Quibus rebus inflatus, & oblitus fortune paterna, ueterem Alexandri gloriam considerare suos iubebat. Prima congressio equitum fuit, qua uictor Perseus suspensam omnium expectationem in fauorem suum traxit, nisi tamen legatos ad Consulem, qui pacem perterent,

duce P. Lu-
 cinio, Plutar-
 chus in vita
 Aemilij.
 Sulpitius
 Consul.
 Paulus Aemi-
 lius Consul
 designatus
 imperator in
 Macedonicū
 bellum.
 Luna defe-
 citio.
 Pugna Aemi-
 lij & Perfei
 ad Esona &
 Lycum am-
 nes.
 † recollecto
 M. Cato Ca-
 tonis orato-
 ris filius ex-
 emplum mili-
 taris fortitu-
 dinis & mira-
 bilis auda-
 cia, Plutar-
 chus in Pau-
 lo Aemilio.
 Perfei fuga
 Alylo se tu-
 tans.

terent, quam patri suo Romani etiam uictō dedissent,
 impensas belli lege uicti suscepturus. Sed Consul Sulpi-
 tius non minus graues, quam uictō leges dixit. Dum
 hæc aguntur, metu tam periculosi belli, Romani Aemi-
 lium Paulum Consulem creant, ei que extra ordinem
 Macedonicum bellum decernunt: qui cum ad exercitum
 uenisset, non magnam moram pugnae fecit. Pridie quam
 confereretur bellum nocte luna defecit: triste id osten-
 tum Perseo omnibus praesagientibus, finemq; Macedo-
 nici regni portendi uaticinantibus. In ea pugna M. Cato
 Catonis Oratoris filius, dum inter confertissimos
 hostes insigniter dimicat, equo de lapsus, pedestre proe-
 lium aggreditur. Nam cadentem manipulus hostium
 cum horrido clamore, uelut iacentem obtruncaturus
 circumsteterat. At ille citius corpore † collecto mag-
 nas strages adidit. Cum ad unum opprimendum undecun-
 que hostes conuolarent, dum procerum quendam
 petit, gladius ei e manu clapsus, in mediam cohortem
 hostium decidit. Ad quem recuperandum umbone se
 protegens inspectante utroque exercitu, inter mucro-
 nes se hostium immergit, recollectoq; gladio, multis uul-
 neribus exceptis, ad socios cum clamore omnium reuertitur.
 Huius audaciam ceteri imitati uictoriam peperere.
 Perseus rex fuga cum decem millibus talentum Sa-
 mothraciam desertur. Quem Cneus Octavius, ad pro-
 sequendum missus à Consule, cum duobus filiis Alexan-
 dro,

dro, & Philippo cepit, captumq; ad Consulem duxit. Perseus ca-
 pitur.
 Macedonia à Carano, qui primus in ea regnauit, usque
 ad Perseum triginta reges habuit. Quorum sub regno
 fuit quidem annis noningentis, & uiginti tribus, sed
 rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita:
 ita cum in ditionem Romanorum cecisset, magistrati-
 bus per singulas ciuitates constitutis, libera facta est,
 legesq; quibus adhuc utitur, à Paulo accepit. Actolo-
 rum uniuersarum urbium Senatus cum coniugibus, &
 liberis, qui dubia fide fuerant, Romam missus, ibiq;
 ne in patria aliquid nouaret diu detentus, egre-
 que per multos annos legationibus ciuita-
 tum Senatu fatigato, in patriam
 quisque suam remi-
 sus est.

S 4 I V S T I

This book
 Nicholas
 Odey George

IVSTINI HISTORICI
LIBER XXXIII.



Belli Achaei
origo.

Legati Ro-
manorum
ad Achaos.

Legatos
alij viola-
tos referunt

Penis ac Macedonibus subactis, Aetolorumq; uiribus principu captiuitate debilitatis, soli adhuc ex Graecia uniuersa, Achaeni nimis potentes tunc temporis Romanis uidebantur, non propter singularum ciuitatum nimias opes, sed propter conspirationem uniuersarum. Namq; Achaeni licet per ciuitates ueluti per membra diuisi sint, unu tamen corpus, et unum imperium habent, singularumq; urbium pericula mutuis uiribus propulsant. Querentibus igitur Romanis causas belli, tempestiue fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achaeni propter mutuū odium populabatur. Spartanis a Senatu responsum est, legatos se ad inspiciendares sociorum, et ob iniuriam demenda in Graeciam missuros: sed legatis occulte mandata data sunt, ut corpus Achaeoru dissolueret, singulasq; urbes proprii iuris facerent, quod facilius ad obsequia cogerentur: et si quae urbes contumaces essent, frangeretur. Igitur legati, omnium ciuitatum principibus Corinthum euocatis, decretu Senatus recitant: quid consilij habeant, aperiu. Expedire omnibus dicunt, ut singula ciuitates leges suas

et iura sua habeant. Quod ubi omnibus innotuit, uelut in furorem uersi, uniuersum peregrinum populum trucidant. Legatos quoque ipsos Romanorum uiolasse sent, nisi audito tumultu trepidi fugissent. Haec ubi Romae nunciata sunt, statim Senatus Mummio Consuli bellum Achaicum decernit. Qui exemplo exercitu deportato, et omnibus strenue prouisis, pugnae copiam hostibus fecit. Sed Achaeni uelut nihil negotij Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia, et soluta fuere. Itaq; praedam, non proelium cogitantes, uehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt, et coniuges liberosq; suos ad spectanda certamina in montibus posuerunt. Sed proelio commisso, ante oculos suorum caesi, lugubre his spectaculum sui, et grauem luctus memoriam, reliquerunt. Coniuges quoq; et liberi eorum de spectaculis captiui facti, praeda hostium fuere. Vrbs ipsa Corinthus diruitur, populus omnis sub corona uenditur, ut hoc exemplo caeteris ciuitatibus metus nouarum rerum imponeretur. Dum haec aguntur, rex Syriae Antiochus Ptolemæo maiori sororis suae filio, regi Aegypti bellum infert, segni admodum, et quotidiana luxuria ita marcido, ut non solum regiae maiestatis officia intermitteret, uerum etiam sensu hominis nimia segnitia careret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorem Ptolemæum Alexandriam confugit, participatoq; cum eo regno, Romam legatos ad senatum mittit, auxilia

à Critolao Achaeoru prin-
cipe.
Critolaus du-
bium an &
manu: orati-
one certe le-
gatos Roma-
norum viola-
uit.
Florus: Victi
sunt primū
Achaeni à Me-
tello ad Ther-
mopylas, po-
stremo, sub
Isthmi fauci-
bus à L. Mū-
mio consule.

Corinthus
diruitur.
Aes Corin-
thiacum.
Antiochus
Epiphanes
Ptolemæo
Epiphane in-
fert bellum
seu, ut Iose-
phus uult,
Philomatori
Alexandriam

tti obsidebat
 Antiochus,
 Cic. in VIII.
 Antoniana
 P. Popilius
 Romanorū
 legatus.
 Exemplum
 prudentis &
 constantis vi-
 ri Popilius.

Antiochus
 Epiphanes
 moritur, reli-
 cto Antio-
 cho Eupato-
 re filio.

Demetrius
 obses ē Ro-
 ma aufugit.

petunt, fidem societatis implorant. Mouere Senatū
 preces fratrum. Mittitur igitur legatus P. Popilius ad
 Antiochum, qui abstinere eum Aegypto, aut si iam in-
 cessisset, excedere iuberet. Cū in Aegypto eum inue-
 nisset, osculumq; ei rex obtulisset (nam coluerat inter
 ceteros P. Popiliū Antiochus, cū Romæ obses es-
 set,) tunc Popilius facessere interim priuatam amici-
 tiam iubet, cū mandata patrie intercedant, prolatō
 que Senatus decreto, et tradito, cum cunctari regem uis-
 deret, consultationem que ad amicos referre. Ibi Popili-
 us uirga, quam in manu gerebat, amplo circulo inclu-
 sum, amicos capere, & consulere iubet, nec prius inde
 exire, quā responsum senatui daret, aut pacem, aut
 bellum cum Romanis habiturum. Adeoq; hæc asperis-
 tas animi regis fregit, ut pariturum se Senatui res-
 ponderet. Reuersus in regnum Antiochus decedit, reli-
 cto paruulo admodum filio, cui cū tutores dati ā
 populo essent, patrius eius Demetrius, qui obses Ro-
 mæ erat, cognita morte Antiochi fratris, senatum
 adiit: obsidem que se uiuo fratre uenisse, quo mortuo,
 cuius obses sit, se ignorare. Dimitti igitur se ad regnum
 petendum æquum esse, quod sicuti iure gentium maio-
 ri fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum ætate ante-
 cedat, deberi. Cū se non dimitti animaduertet &
 senatu, tacito iudicio tutius apud pupillum, quā apud
 eum regnum futurum arbitrante, specie uenandi ab
 urbe

urbe profectus, Hostia tacitus cum fuga comitibus na-
 uem conscendit. Delatus in Syriam secundo fauore om-
 nium excipitur, regnumq; ei occiso pupillo ā tutoribus
 traditur. Eodem tempore ferme Prusias rex Bithynie
 consilium cepit interficiendi Nicomedis filij, dum con-
 sulere studet minoribus filijs, quos ex nouerca eius sus-
 ceperat, & Romæ habebat. Sed res adolescenti ab his,
 qui facinus susceperant, proditur: hortati que sunt, ut
 crudelitate patris prouocatus, occupet insidias, & in
 autorem retorqueat scelus: nec difficilis per suasio fuit.
 Igitur cū accitus, in patris regnum uenisset, statim
 rex adpellatur. Prusias regno spoliatus ā filio, priuas-
 tus que redditus, etiam ā seruis deseritur. Cū in late-
 bris ageret, non minori scelere, quā filium
 occidi iusserat, ā filio inter-
 ficitur.

Hostiam T
 berinam in-
 telligit.
 Alij, hostis.
 Demetrius
 owtis Syriæ
 rex.
 Prusias Bi-
 thynie rex.
 Heli uauisou
 r d beluauar
 uauisk.
 Exemplum
 parricidij.
 Prusias ā fi-
 lio necatus.

IVSTI

Nido

IUSTINI HISTORICI

LIBER XXXV.



Demetrius occupato Syriae regno nouitatis suae odium periculosum ratus, ampliare fines regni statuit, etiam opes augere finitimorum bellis. Itaque Ariarath regi Cappadociae, propter fastiditas sororis nuptias infertus, fratrem eius Holofernem per iniuriam regno pulsum, supplicem recepit. Datumque sibi honestum belli titulum gratulatus, cum restituere in regnum statuit. Sed Holofernes ingrato animo, imita cum Antiochensibus patrone, offensus tunc a Demetrio, pellere ipsum regnum, a quo restituebatur, consilium accepit. Quo cognito Demetrius quidem uita eius, ne Ariarathes metu fraterni belli liberaretur, pepercit. Ipsum autem comprehensum, uinctum Seleuciae custodiri iubet. Nec Antiochenses iudicio territi a defectione distiterunt. Itaque adiuuantibus et Ptolemaeo rege Aegypti, et Attalo rege Asiae, et Ariarathe rege Cappadociae, bello a Demetrio la-

Exemplum in gratitudinis Holofernes.

Prompalus infimae sortis homo, regnum Syriae occupat,

cessitis, subornant Prompalum quendam sortis extremae iuuenem, qui Syriae uelut paternum regnum armis repeteret: et ne quid contumeliae deesset, nomen ei Alexandri indatur, genitusque ab Antiocho rege dicitur.

Tant

Tantum odium Demetrii apud omnes erat, ut amulo eius, non uires regiae tantum, uerum etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur. Igitur Alexander admirabili uarietate rerum, pristinarum sordium oblitus, totius ferme orientis uiribus succinctus, bellum Demetrio infert, uictumque uita pariter ac regno spoliat: quanquam Demetrio nec animus in propulsando bello desuit. Nam et primo praelio hostem fugauit, et regibus bellum restituentibus, multa millia cecidit in acie. Ad postremum tamen inuictus animo inter confertissimos hostes fortissime dimicans, cecidit. Initio belli, Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidius, cum magno auri pondere demandauerat, ut et a belli periculis eximerentur, et sita fors tulisset, ultioni paterna seruarentur. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem insperatae opes, et alienae felicitatis ornamenta, uelut captiuum inter scortorum greges desiderata, in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus, securum, ac nihil hostile metuentem adgreditur. Antiochenses quoque ueterem patris offensam, nouis meritis correcturi, se ei tradunt: sed et milites paterni fauore inuenis accensi, prioris sacramenti religionem, noui regis superbiae preferentes, signa ad Demetrium transferrunt: atque ita Alexander non minori impetu fortunae desertus, quam elatus, primo praelio uictus interficitur, deditque

Demetrius Soter uincit & interficit.

Gnidius.

Alexander Prompalus & uita & regno, quod facile quaeratur, facile spoliatur.



Eur, deditq; poenas & Demetrio, quem occiderat, & Antiocho, cuius mentitus originem fuerat.

IUSTINI HISTORICI

LIBER XXXVI.

Demetrius Demetrii filius, Syriae rex Parthis bellu infert.



Arsacides Parthorum rex.

Demetrius vincitur & capitur.

Recuperato paterno regno Demetrius & ipse rerum successu corruptus uicij adolescentiae, in segnitiam labitur: tantumq; contemptum apud omnes inerat, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. Itaque cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent, ad abolendam segnitiae maculam, bellum Parthis inferre statuit. Cuius aduentum non inuiti Orientis populi uidere: & propter Arsacidae regis Parthorum crudelitatem, & quod ueteri Macedonum imperio noui populi affucti, superbiam indignè ferebant. Itaque cum & Persarum, & Elimeorum, & Baetrianorumq; auxilijs iuuaretur, multis praelijs Parthos fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus, capitur: traductusque per ora ciuitatum, populis qui descieuerant, in ludibrium fauoris ostenditur. Missus deinde in Hircaniam benignè & iuxta cultum pristinae fortunae habetur. Dum haec aguntur, interim in Syria

Trifo,

Trifo, qui se tutorem Antiocho Demetrii priuigno sub Trifo, quem alij Diodorum appellare videntur, vide Sabellium & Iosephum. Quo diu potitus, tandem exolescente fauore recentis imperij, ab Antiocho puero admodum Demetrii fratre, qui in Asia educabatur, bello uincitur, rursusq; regnum Syriae ad sobolem Demetrii reuertitur. Igitur Antiochus memor, quod etiam pater propter superbiam inuisus, et frater propter segnitiam contemptus fuisset, ne in eadem uicia incideret, accepta in matrimonium Cleopatra uxore fratris, ciuitates, quae initio fraterni imperij defecerant, summa industria persequitur: domitasque rursus regni terminis adiecit. Iudaeos quoque, qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem uendicauerant, subegit. Quorum uires tanta fuere, ut post hunc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisq; imperijs usi, Syriam magnis bellis infestauerint. Fuit namque Iudaeis origo Damascena, quae Syriae nobilissima ciuitas est, unde & Syrijs regibus genus ex regina Semiramide fuit: nomen urbi a Damasco rege inditum, in cuius honore Syrijs sepulchrum Arathis uxoris eius pro templo coluere, deamque exinde sanctissimae religionis habent. Post Damascum Abraham, Moses, Israel reges fuere. Sed Israelè felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuisum filijs tradidit, omnesq;

Trifo, quem alij Diodorum appellare videntur, vide Sabellium & Iosephum.

Antiochus Sedetes Syriae rex.

Iudaeorum virtus.

Iudaeorum origo, cuius ueritatem ex sacris literis, non hinc peres. Damascus, Abraham, Moses, Israel.

EX NO

Iudea Iuda
dicti.

Ioseph.
Ideo Ioseph
inuifum fuit
fetratibus,
in Genefi feri
ptum est, q
plus omnib
diligere tur a
patre Ifraele.
† Pharaoni
Iosephi laus.

Moses.

† Sod.

Synai mons.

ex nomine Iude, qui post diuisionem decesserat, Iudeos appellat, coliq; eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserat, minimus que inter fratres etate Ioseph fuit, cuius excellens ingenium ueritii fratres clam interceptu, peregrinis mercatoribus uendiderunt, a quibus deportatus in Aegyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, breui ipsi regi percharus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam contulit. nihilq; diuini iuris, humani que ei incognitum uidebatur. A deo ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: periisset que omnis Aegyptus fame, nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tantaq; experimenta eius fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari uiderentur. Filius eius Moses fuit, quem etiam praeter paterna scientiae hereditatem, forma pulchritudo commendabat. Sed cum scabiem Aegyptij, & pruriginem paterentur, responso moniti cum agris, ne pestis ad plures seua peret, terminis Aegypti pellunt. Dux igitur exulum factus, sacra Aegyptiorum furto abstulit: quae repetentes armis Aegyptij, domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaq; Moses Damascena patria antiqua reperta, motem Syncum occupat, in quo septem dierum ieiunio per deserta Arabiae cum populo suo fatigatus, cum tandem uenisset, septimum diem more gentis Sabbathum

bathum appellatum: IN OMNE AEVVM IE Sabbathi institutio.
IUNIO SACRAVIT: quoniam ille dies famem illis erroremq; finierat. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab Aegypto meminerant, ne eadem causa inuisi apud incolas forent, cauerunt, ne cum peregrinis communicarent, quod ex causa factum paulatim in disciplinam, religionemq; conuertit. Post Mosén, etiam eius filius Aruas sacerdos sacris Aegyptijs, mox rex creatur, semperq; exinde hic mos apud Iudeos fuit, ut eosdem & reges, & sacerdotes haberent. Quorum iustitia religione permixta, incredibile quantum coalueret. Opes genti ex uestigalibus opobalsami creuere, quod in his tantum regionibus gignitur. Est nanque uallis, quae continuis montibus, uelut muro quodam circumta, ad instar hortorum clauditur. Spacium loci ducenta millia iugera, nomine Iericho dicitur. In ea ualle sylua est, & ubertate, & amoenitate insignis. Siquidem palmeto, et opobalsamo distinguitur. Arbores opobalsami formam similem & piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis, & in uinearum morem excolluntur. Haec certo tempore anni Balsamum sudant. Sed non minor loci eius opacitatis, quam ubertatis admiratio est. Quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit, ibi tepida aeris naturalis quaedam ac perpetua opacitas inest. In ea regione lacus est, qui propter magnitudinem & aquae immobilitatem mortuum mare dicitur.

Secus aliqua
to habet hi-
storia sacra.
Iudeorum
succellus ac
opes.

Iericho.
Opobalsami
descriptio.
† Piceis
Balsamum.

Mare mortu-
um.

fillatur.

Xerxes.

De Attalo
Pergamire-
ge.

Exemplū va-
rij & incon-
satis ingenij

dicitur. Nam neque uentis mouetur, resistente turbini-
bus bitumine, quo aqua omnis stagnatur: neque nauis
gationis patiens est, quoniā omnia uita carentia in pro-
fundum merguntur, nec materiam ullam sustinet, nisi
quæ alumine stillatur. Primus Xerxes rex Persarum
Iudeos domuit. Postea cum ipsis Persis in ditionem Ale-
xandri Magni uenere, diuq; in potestate Macedonici im-
perij fuere. A Demetrio cum descuissent, amicitia Ro-
manorum petita, primi omnium ex Orientalibus libera-
tatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largi-
entibus. Per eadem tempora, quibus in Syria regni nua-
tatio inter nouos reges alternabatur, in Asia rex Attalus
florentissimum, & ab Eumene patruo acceptum re-
gnum cædibus amicorum & cognatorum supplicijs foe-
dabat, nunc matrem animum, nunc Beronicem sponsam
maleficijs eorum necatas confingens. Post hanc scele-
stam uolentia rabiem, squalidam uestem sumit, barbam,
capillumq; in modum reorum summittit: non in publi-
cum prodire, non populo se ostendere, non domi letio-
ra conuiuia inire, aut aliquod signum sani hominis ha-
bere, prorsus ut poenas pendere manibus interfectorum
uideretur. Omissa deinde regni administratione hortos
sodiebat, gramina seminabat: & noxia innoxijs permi-
scebat: eaq; omnia ueneni succo infecta, uelut peculiare
munus amicis mittebat. Ab hoc studio, ærariæ artis fa-
brica se tradidit, cæterisq; fingendis, & ære fundendo,
prociis

procudendoq; oblectabatur. Matri deinde sepulchrum
facere instituit: cui operi intentus, morbum ex solis ar-
dore contraxit, & septima die decessit. Huius testamen-
to heres Populus Romanus tunc instituitur. Sederat
ex Eumene Aristonicus non iusto matrimonio, sed ex
pellice Ephesia Citharista cuiusdam filia genitus, qui
post mortem Attali, uelut paternum regnum inuasit A-
siam. Cum multa secunda prælia aduersus ciuitates, quæ
metu Romanorum se tradere ei nolebant, fecisset, in-
stusq; rex iam uideretur, Asia Licinio Crasso consuli
deccrnitur: qui intentior Attalica prædæ quàm bello,
cum extremo anni tempore inordinata acie prælium
conseruisset, uictus, poenas inconsulte auaritie sangui-
ne dedit. In huius locum missus Perpenna Consul, pri-
ma congressione Aristonicum superatum, in potesta-
tem suam redegit, Attalicasq; gazas hereditarias, po-
puli Romani nauibus impositas, Romam deportauit.
Quod ægrè ferens successor eius Marcus Aquilius
Consul, ad eripiendum Aristonicum Perpennæ, ueluti
sui potiùs triumphum munus esse deberet, festinata uelo-
citate contendit. Sed contentionem Consulium, mors
Perpennæ diremit. Sic Asia facta Romanorum
cum opibus suis uicia quoque Ro-
mam transmisit.

Attali mors

Mindum, Sa-

mum, & Co-

lophonem

intelligit Flo-

rus.

P. Licinius

Crassus pon-

tifex maximus

vinci & oc-

ciditur ab A-

ristonico.

Appellat autē

eum prætorē

Flor. M. Per-

pennæ Aristo-

nicum vincit

& captū Ro-

mam mittit,

vbi in carce-

re, patrū iuf-

su est neca-

tus. Ann.

CCCC.

LXV. Vrbis

conditæ,

Plin. li. 13. c. 3.

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXXVII.



APTO Aristonico Masiliensibus pro Phocensibus conditoribus suis, quorum urbem Senatus & omne nomen, quod tunc, & ante Antiochi bello infesta contra populum Romanum armatulerat, deleri iusserat: legatos Ro-

manam misere deprecates, ueniamque ipsi a Senatu obtinuerunt. Post haec regibus, qui aduersus Aristonicum auxillia tulerant, praemia persoluta. Mithridati Pontico Syria minor, filijs Ariarathis regis Cappadociae, qui eodem bello ceciderat, Lycania, & Cilicia date: fideliorumque populus Romanus in socij filios, quam mater in liberos fuit. Quippe hinc paruulo auctum regnum, inde uita adempta. Namque Laodice ex numero sex filiorum, quos uirilis sexus ex Ariarathe rege susceperat, timens ne diutinae regni administratione adultis quibusdam potiretur, quinque parricidali ueneno necauit: unum paruulum sceleri matris cognatorum custodia eripuit: qui post necem Laodices (nam propter crudelitatem eam populus extinxerat) solus regno potitus est. Mithridates quoque repentina morte interceptus, filium, qui et ipse Mithridates Pontifex cum

Mithridates
Pontifex cum

Masiliensium
apud Romanos
gratia.

Exemplum
impietatis
maternae erga
filios Laodice.

ut non sui tantum temporis, uerum etiam superioris aetatis omnes reges maiestate superauerit, bellaque cum Romanis per XLVI. annos uaria uictoria gesserit.

Romanis gesserit
bella per
annos
XLVI.

Quem summi imperatores Sylla, Lucullus, ceterique, in summa Cneus Pompeius ita uicerunt, ut maior, clariorque resurgeret in restaurando praelio, damnisque suis terribilior redderetur. Denique ad postremum non uictus, sed uoluntaria morte in auito regno senex herede filio decessit. Huius futuram magnitudinem etiam coelestia ostenta praedixerant. Nam & quo genitus est anno, & eo, quo regnare primum coepit, stella cometes per utrumque tempus LXX. diebus ita luxit, ut caelum omne conflagrare uideretur. Nam & magnitudine sui quartam partem caeli occupauerat, & fulgore sui solis nitorem uicerat, et cum oriretur, occumberetque, quatuor spacium horarum consumebat. Puer tutorum insidias passus est, qui eum sero equo impositum, equitare, iacularique coebant: qui conatus quum eos fessellisset, supra aetatem regente equum Mithridate, uenenum appetuere. Quod metuens, antidota sepius bibit: et ita se aduersus insidias exquisitoribus remedijs stagnauit, ut ne uolens quidem senex ueneno mori potuerit: timens deinde, ne inimici quod ueneno non potuerant, ferro peragerent, uenandi studium finxit. Quapropter quatuor annos, neque urbis, neque ruris tacto usus est: sed per sylvas uagatus est, & diuersis montium regio-

Prodigia in
Mithridatis
ortu.
Cometes in-
gens.

Mithridatis
in pueritia
pericula &
studia.

In summam
senectutem
beneficio An-
tidoti euasit.
cuius Plinius
meminit lib-
28.

Mithridatis
venationes.

nibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset locis
 assuetus feras cursu aut fugare, aut persequi, cum quibus
 busdam etiam uiribus congregari. Quibus rebus et insidias
 uitauit, et corpus ad omnem uirtutis patientiam
 durauit. Ad regni deinde administrationem cum accessisset,
 statim non de regendo, sed de augendo regno cogitauit.
 Itaque Scythas inuictos antea, qui Zopyron Alexandri
 Magni ducem, cum triginta milibus armatorum deleuerant,
 qui Cyrum Persarum regem, cum ducentis milibus
 armatorum trucidauerant, qui Philippum Macedonum
 regem fugauerant, ingenti felicitate perdomuit. Auctus
 igitur uiribus Pontum quoque ac deinceps Cappadociam
 occupauit. Asiam cum quibusdam amicis, tacitus a regno
 profectus, nemine sciente peruagatus est, omniumque
 urbium situs ac regiones cognouit. Inde Bithyniam
 transcendit, et quasi iam dominus Asiae, opportuna quaeque
 uictoriae suae meditatus est. Post haec in regnum cum iam
 perissee crederetur, reuersus est, inuento paruulo filio,
 quem per absentiam eius Laodice soror, uxorque enixa fuerat.
 Sed inter gratulationem, post longam peregrinationem aduentus
 sui, et filij geniti, ueneno periclitatus est. Siquidem
 Laodice soror, cum perissee eum crederet, in concubitus
 amicorum proiecta, quasi admissum facinus maiorum scelere
 tegere posset, uenenum aduenienti parauit. Quod cum ex
 ancilla Mithridates cognouisset, facinus

Regni administratione.
 Bella Mithridatis.
 Scythae uincuntur a Mithridate.

Mithridatis solertia.

Laodices fecerit.

Quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset, facinus

eius in autores uindicauit. Hyeme deinde imminente, filium, consulti
 non in conuiuio, sed in campo: non in uacationibus, sed tori pessimum.
 in exercitationibus: nec inter sodales, sed inter aequales Studia & ex-
 aut equo, aut cursu, aut uiribus contendebat. Exercitia Mithridatis.
 tum quoque suum ad parem laboris patientiam, quotidiana exercitatione durabat: atque ita inuictus ipse, in exercitia Mithridatis
 pugnablem exercitum fecerat. Inuita deinde cum Nicomede societate, Paphlagoniam inuadit, uictamque cum belli causa & origo.
 socio diuidit: quam cum teneri a regibus Senatui nunciatum esset, legatos ad utrumque misit, qui gentem restitui in pristinum statum iuberent. Mithridates, cum se parem iam magnitudini Romanae crederet, superbo responso hereditarium patri suo regnum obuensse respondit: mirarique se, quae ei controuersia relata non fuerit, sibi referant. Nec territus minis, Galatiam quoque occupat. Nicomedes, quoniam se tueri iure non poterat, iusto regi redditurum respondit. Atque ita filium suum mutato nomine, Philemonem Paphlagonum regnum nomine appellat: et quasi stirpi regiae reddidisset regnum, falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati, Romanam reuertuntur.

Nicomedis fraus.



Mithridates parricidia à nece uxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios, cuius uirū Ariarathem regem Cappadociae per Gordium insidijs occiderat, tollēdos statuit; nihil actum morte patris existimans, si adolescentes paternum regnum, cuius ille cupiditate flagrabat, occupassent. Igitur dum in his occupationibus uersatur, interim Nicomedes Rex Bithyniae uacua morte regis Cappadociae inuadit. Quod cum nunciatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis auxilia sorori, ad pellendum Cappadociae Nicomedem, mittit. Sed iam Laodice per pactiōnem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod agere ferens Mithridates, praesidia Nicomedis Cappadociae expellit, regnumq; sororis filio restituit; egregiū proorsus factum, nisi subsecuta fraus esset. Siquidem interiectis diebus, simulat se Gordium, quo ministro usus in Ariarathe interficiendo fuerat, restituere in patriam uelle, sperans si obsisteret adolescens, causas belli futurus, aut si permetteret, per eundem filium tolli posse, per quem interfecerat patrem. Quod ubi Ariarathes iunior moliri cognouit, indigne ferens interfectorem patris

Nicomedes
Cappadociae
inuadit.

Mithridatis
fraus

patris per auunculum potissime ab exilio reuocari, in gentem exercitum contrahit. Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta milia, equitum X. milia, currus falcatos D. C. nec Ariarathi, auxiliantibus finitimis regibus, minores copiae essent incertum bellum timēs, consilia ad insidias transfert, sollicitatq; iuuenē ad colloquium, cum ferrum occultatum interfasces gereret, scrutatori, ab Ariarathe regio moris, missa, curiosus inuēntem pertractanti, ait: caueret, ne aliud telum inueniret, quā quereret. Atq; ita risu protectis insidijs se uocatum ab amicis uelut in secretum sermonem, spectante utroq; exercitu interficit: regnum Cappadociae VIII. annorum filio, imposito Ariarathis nomine, additoq; ei rectore Gordio tradit. Sed Cappadoces crudelitate, ac libidine praefatorum uexati, à Mithridate deficiunt, fratremq; regis et ipsum Ariarathem nomine, ab Asia ubi educabatur, reuocant: cum quo Mithridates praelium renouat, uictumq; Cappadociae regno expellit. Nec multo post ex aegritudine adolescens collecta infirmitate decedit. Post huius mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociae etiam Bithyniam finitimam inuaderet, subornat puerum eximia pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui à Senatu Romano paternum regnum peteret. Vxorē quoque Laodiceā Romanis mittit ad testimonium

Mithridates
per dolum
Ariarathem
obtruncat.

† euocatum

Contentio
regum de
Cappadociae
regno.

trium ex Ariarathe susceptorum filiorum. Quod ubi Mithridates cognouit, & ipsi pari impudentia Gordium Romam mittit, qui senatui adfereret puerum, cui Cappadociae regnum tradiderat, ex eo Ariarathe genitum, qui bello Aristonici, auxilia Romanis ferens, occidisset. Sed Senatus studia regum intelligens, alienare regna falsis nominibus dare noluit, & Mithridati Cappadociam, & Nicomedi ad solatium eius Paphlagoniam ademit. Ac ne contumelia regum foret, ademptum illis quod alijs daretur, uterque populus libertate donatus est. Sed Cappadoces munus libertatis abnuentes, negant uiuere gentem sine rege posse. Atque ita

Ariobarzanes rex Cappadociae. De quo Cicero in oratione pro Lege Manilia. Tigranes Armeniae rex. Cleopatra. Ariobarzanes Romam aufugit.

rex illis à Senatu Ariobarzanes constituitur. Erat eo tempore Tigranes rex Armeniae obses à Parthis ante non multum tempus datus, olim ab iisdem in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates ad societatem Romani belli, quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. Nihil igitur de offensa Romanorum sentientem per Gordium impellit, ut Ariobarzani segni admodum, bellum inferat: & ne quis dolus subesse uideretur, filiam suam Cleopatram ei in matrimonium tradidit. Primo ergo aduentu Tigranis, Ariobarzanes sublatis regibus suis Romam contendit. Atque ita per Tigranem rursus Cappadocia iuris esse Mithridatis cepit. Eodem tempore mortuo Nicomede, etiam filius eius, & ipse Nicomedes regno à Mithridate pellitur; qui cum supplex Romam

Romam uenisset, decernitur in Senatu, ut uterque in regnum suum restitueretur: in quod tamen nisi Aquilius Manlius, & Malthinius legati. His cognitis Mithridates societatem cum Tigrane, bellum aduersus Romanos gesturus, iugit: pactiq; inter se sunt, ut urbes agriq; Mithridati: homines uero, & quaecunque auferre possent, Tigrani cederent. Post haec Mithridates intelligens, quantum bellum suscitaret, legatos ad Cymebros, alios ad Gallograecos, & Sarmatos, Bastarnasq; auxilium petiit. Nam omnes has gentes, cum Romanum meditarietur bellum, uarijs beneficiorum meritis iam amè illlexerat. Ab Scythia quoq; exercitum uenire iubet, omnemq; orientem aduersus Romanos armat. Non igitur magno labore Aquilius, & Malthiniam Asiano exercitu instructos uicit: quibus simul cum Nicomede pulsis, ingenti fauore ciuitatum excipitur. Multum ibi auri argentiq; studio ueterum regum, magnamq; belli apparatus inuenit: quibus instructus debita ciuitatibus publica, & priuata remittit, & uacationem quinquennio concedit. Tunc ad concionem milites uocat, eosq; uarijs exhortationibus ad Romana bella, siue Asiana incitat. Quam orationem dignam dixi, cuius exemplum breuitati huius operis insererem: quam obliquam Pompeius Trogius exposuit, quoniam in Liuius & Sallustio reprehendit, quod conciones directas, pro sua oratione operi suo inserendo, historiae

Alij Aquilius & M. Artilius.

Mithridatis apparatus in Romanum bellum.

Mithridatis prima victoria de Romanis.

Quid Trogius in Liuius & Sallustio reprehenderit.

modum

modum excefferint. Optandum sibi fuisse, ait, ut de ea liceret consulere, bellum ne sit cum Romanis, an pax habenda, quin uerò sit † resistendum impugnantibus, nec eos quidè dubitare, qui spe uictoriæ careant. Quippe aduersus latrones si nequeant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere. Ceterum quia non id agitur an liceat quiescere, non tantum animo hostiliter, sed etiam prælio congressis consulere, qua ratione, ac spe cepta bella sustineant, esse tamen sibi uictorie fiduciam, si sit illis animus: Romanosq; uinci posse cognitum non sibi magis, quam ipsis militibus, qui in Bithynia Aquilium, & Malthinium in Cappadocia fuderint. At si quidem aliena magis exempla quam sua experimenta moueant, audire se à Pyrrho rege Epiri, non amplius, quam quinque milibus Macedonum instructo, suos tribus prælijs Romanos. Audire Annibalent XVI. annos Italiae uictore immoratum, & quin ipsam caperet urbem, nō Romanorum illi uires obstitisse, sed domestice emulationis, atque inuidie studium. Audire populos Transalpinæ Gallie Italian ingressos, maximis cā. plurimisq; urbibus possidere, & latius aliquantū solum finium, quam in Asia, quæ dicatur inbellis, eodem Gallos occupasse, nec uictam solum dici Romanis Gallis, sed etiam captam: ita ut unius illis montis tantū cacumen relinqueretur: nec bello hqstem, sed precio remotum. Gallorum autem nomen, quod semper Romanos

Oratio Mithridatis ad milites generis deliberatiui.
† inustendū
Propositio a necessario.
A facili.

Ab exemplis.

Exemplorū congeries.

manos terruit, in partem uirium suarum ipse habeat. Nam hos, qui Asiam incolunt Gallos, ab illis, qui Italiam occupauerant sedibus tantum distare, originē quidem ac uirtutem, genusq; pugnae idem habere: tantōq; his sagaciora esse ingenia, quā illis, quanto longiori, ac difficiliori spacio per Illyricum, Thraciamq; prodierunt, penè operosius transitis illorum finibus, quam ubi confedere, possessis. Iam ipsam Italiam audire se nungum missi, quā, ut Roma condita sit, satis illi pacatam: sed asidue per omnes annos pro libertate alios: contra, quosdam etiam pro iure imperij, bellis continuis persequasse, quos à multis ciuitatibus Italiae deletos Romanorum exercitus † ferro: à quibusdam nouo contumeliamore sub iugum missos: ac ne ueteribus immoremur exemplis, hoc ipso tempore uniuersam Italiā bello Marfico consurrexisse: non iam libertatem, sed consortiū imperij, ciuitatisq; poscentem. Nec grauius uicino Italiae bello quā domesticis principum factionibus urbē premi: multoq; periculosius accessisse Italico ciuile bellum: simul & à Germania Cimbros immensam illam ferorū atq; immitium populorum, more procella illuuiem, inundasse Italiam. Quorum tamen si singula bella sustinere Romani possent, uniuersis tamen obruantur, ut ne uacatuos quidem bello suo putent. Utendum igitur occasione, & rapienda incrementa uirium: ne si illis occupatis quiescerint, mox aduersus uacuos, & quietos

Sannites intelligit, à quibus Romani sunt sub iugum missi.
Liuus IX.
ab urbe.

† ferri:
Ab oportuno.

Anno D. C. LXII. simul ciuilia bella & Mithridatica ceperunt. Oros.

Epilogus huius argumenti.

maius

maius negocium habeant. Non enim queritur, an capi-
enda sint arma, sed utrum sua potius occasione, an il-
lorum. Nam bellum equidem iam tunc secum ab illis ge-
ri ceptum, cum sibi pupillo maiorem Phrygiam ademe-
rint, quam patri suo premium dati aduersum Aristoni-
cum auxiliij coefferant: gentemq; quam & proauo suo
Callinicus. Mithridati Seleucus † Callimachus in dotem dedisset.
Quid cum Paphlagonia se decedere iusserunt, non al-
terum illud genus belli fuisse: quae non ui, non armis, sed
adoptione testamenti & regum domesticorum interitu
haereditaria patri suo obuenerat: cum inter hanc decre-
torum amaritudinem parendo, non tamen eos mitigare-
ret, quin acerbius se indies gerat non obtinuisse. Quod
enim a se non praebitum illis obsequium, non Phrygiam
Paphlagoniamq; dimissas, non Cappadocia filium edu-
ctum, quam iure gentium uictor occupauerat. Raptam ta-
men sibi esse uictoriae eius ab illis, quorum nihil est, nisi
bello quaesitum. Non regem Bithyniae Creston, in quem se-
natus arma decreuerat, a se in gratiam illorum occi-
sum: tamen nihilominus imputari sibi, si qua Gordius,
aut Tigranes faciat. Libertatem etiam in contumeliam
sui a Senatu ultrò delatam Cappadociae, quam reliquis gen-
tibus abstulerunt: deinde populos Cappadocum pro libera-
tate oblata Gordium regem orantem, idem tanquam amicus
suus esset, non obtinuisse. Nicomedem praepro illorum
bellum sibi intulisse, quia inultus ierit Mithridates ab
ipsis

ipsis uentum obuiam: & nunc eam secum bellandi cau-
sam illis fore, quod non impunè se Nicomedi lacerandam
salaricis filio praebuerit. Quippe non delicta regum
illos, sed uires ac maiestatem insequi: neq; in se uno, sed
in alijs quoq; omnibus, hac semper arte grassatos. Sic et
uuum suum Pharnacem per cognationum arbitria suc-
cidam eum regi Pergameno Eumeni datum. Sic rursus
Eumenem, cuius clauibus primum in Asia fieri trans-
uecti, cuius exercitum magis quam suo & Magnum An-
tiochum & Gallos in Asia, & mox in Macedonia re-
gem Persem domuerant: & ipsum pro hoste habitum,
eius interdictum Italia, & quod cum ipso deforme sibi
putauerant, cum filio eius Aristonico bellum gessisse.
Nullius apud eos maiora quam Masinisse regis Numi-
darum haberi merita. Huic imputari uictum Anniba-
lem, huic captum Syphacem, huic Carthaginem deletam,
huic inter duos illos Africanos tertium seruatorem ur-
bis referri. Tamen cum huius nepote bellum modò in
Africa gestum, adeo inexpiabile, ut ne uictum quidem me-
morie patris donarent, qui carcerem, ac triumphis spe-
staculum experiretur. Hanc illos omnibus regibus legem
odiorum dixisse: scilicet quia ipsi tales reges habuerint,
quorum etiam nominibus erubescant, aut pastores Abori-
ginum, aut aruspices Sabinorum, aut exules Corinthiorum
aut seruos, uernasq; Thyscorum, aut quod honoratissi-
mum nomē fuit inter hos superbos, atq; (ut ipsi ferunt)

Vocatin in-
uidiam Ro-
manos.

Collatio sua
& Romano-
rum originis.



Ab honesto.

Biblioteca

e9

Contentio.
Confert sua
in Romanos
merita cum
illorum in se
aniurij.

conditores suos lupæ uberibus altos: sic omnem illum
populum luporum animos habere inexplebiles sangui-
nis, atque imperij diuitiarumq; auidos ac ieiunos. Se autem,
seu nobilitate illis comparatur, clariorem illa col-
luie conuenarum esse, qui paternos maiores suos à Cy-
ro, Darioq; conditoribus Persici regni, maternos à Ma-
gno Alexandro, ac Nicanore Seleuco conditoribus im-
perij Macedonici referat: seu populis eorum conferat
suos carum se gentium esse, quæ non modò Romano
imperio sint pares, sed Macedonico quoque obstite-
rint. Nullam subiectarum sibi gentium expertam pere-
grina imperia: nullis unquam nisi domesticis regibus
paruisse. Cappadociam uelint, an Paphlagoniam res-
censere: rursus Pontum, an Bithyniam: itemq; Armeni-
am maiorem, minoremq;: quarum gentium nullam neq;
Alexander ille, qui totam pacauit Asiam, nec quisquam
successorum eius aut posterorum attigisset. Scythiam
duos unquam ante se reges non pacare, sed tantum in-
trare ausos Darium, & Philippum: egrè inde fugant
sibi expedisse, unde ipse magnam partem aduersus Ro-
manos uirium haberet: multoq; se timidius, ac diffiden-
tius bella Pontica ingressum, cum ipse rudis, ac tyro es-
set. Scythiæ præter arma, uirtutemq; animi, locorum
quoq; solitudinibus uel frigoribus instructæ, per quæ
denunciaretur ingens militiæ labor, ac periculum. In-
ter quas difficultates, ne spes quidem præmij foret ex
hoste

A sua per-
sona.

A loco.

hoste uago, nec tantum pecuniæ, sed etiam sedis inopi-
nunc se diuersam belli conditionem ingredi. Nam nes-
que coelo Asia esse temperantius aliud, nec solo fertili-
us, nec urbium multitudine amcenius: magnam que tem-
poris partem, non ut militiam, sed ut festum diem actu-
ros, bello dubium facili magis, an uberi, si modò aut pro-
ximas regni Attalici opes, aut ueteres Lydiæ, Ioniæq;
adierint: quas non expugnati eant, sed possessum: tan-
tumq; se expectet auida Asia, ut etiam uocibus uocet:
adeò illis odium Romanorū incussit rapacitas procon-
sulum, exactio publicanorum, calumnie litium. Sequan-
tur se modo fortiter, & colligant, quid se duce possit
efficere tantus exercitus: quem sine cuiusquæ militum
auxilio, suamet unius opera uiderint Cappadociam cæ-
so rege cepisse: qui solus mortalium Pontum omnem Scy-
thiamq; pacauit, quam nemo ante transire tuto, atque
adire potuerit. Nanque iustitiæ atque liberalitatis suæ,
ne ipsos milites, qui experiantur testes effugere: & il-
la indicia habere, quòd solus regum omnium non pa-
terna solum, uerumetiam externa regna hereditati-
bus propter munificentiam adquisita possideat, Col-
chos, Paphlagoniam, Bosphorum. Sic excitatis militi-
bus post annos XXIII. sumpti regni, in Romana bella
descendit. Atque tunc in Aegypto mortuo rege Ptole-
meo, ei qui Cyrensis regnabat, Ptolemæo per lega-
tos regnum, & uxor Cleopatra regina soror ipsius
deser-

Ab vtili sen-
premijs.

ἰπιδουνηα.
Peroratio

Bellum Mi-
thridatis in
Romanos.
Ptolemæus
Phifco Cyr-
narum rex.



Eratis Ptole
mei Philome
roris regna
celeguntur.
Exemplum
crudelitatis
Scim pietatis.
Ptolemæus
Phisco.

Romanorū
legati ad Pro
lemæum.

Ptolemæi tur
pis corporis
habitus.

desertur. Lætus igitur hoc solo Ptolemæus, quod sine certamine fraternum regnum recepisset, in quod subornari à matre Cleopatra, et favore principum fratris filium cognouerat. Cæterum infestis omnibus, statim ubi Alexandriam ingressus est, fautores pueri trucidari iussit. Ipsum quoque die nuptiarum, quibus matrem eius in matrimonium recipiebat, inter adparatus epularum, et solennia religionum in complexu matris interfecit. Atque ita thorum sororis, cæde filij eius cruentus, ascendit. Post, quod non mitior in populares, qui eam in regnum uocauerant, fuit. Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidie manabant: ipsam que sororem, filia eius uirgine per uim stuprata, et in matrimonium ascita, repudiat. Quibus rebus territus populus in diuersa labitur: patriam que metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se, non hominum, sed uacuarum ædium uideret, edicto peregrinos sollicitat: quibus confluentibus, obuius legatis Romanorum, Scipioni Africano, et Spurio Mummio, et L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna ueniebant, procedit. Sed quam cruentus ciuibus omnibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim et uultu deformis, et statura breuis, et sagina uentris, non homini, sed belue similis. Quam foeditatem nimia subtilitas, et perlucida uestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda

cienda præberentur, que omni studio occultanda pudibundo uiro erant. Post discessum deinde legatorum, quorum Africanus, dum aspicit urbem, spectaculo Alexandrinis fuit. Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus, cum filio, quem ex sorore susceperat, et cum uxore matris pellice, metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur: contra quoque mercenario exercituum bellum sorori pariter ac patrie infert. Accersitum maximum deinde à Cyrensis filium, ne eum Alexandrinum contra se regem crearent, interfecit. Tunc populus stultas, et imagines eius detrahit. Quod factum studio sororis existimans, filium quem ex ea susceperat, interfecit: corpus que in membra diuisum, et in cista impostum, matri die natalis eius inter epulas adferri curat. Que res non regina tantum, uerum etiam uniuersæ ciuitati acerbæ, et luctuosa fuit: tantumque moerorem festi uisimo conuiuio intulit, ut regia omnis repente luctu incenderetur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias, membra lacerata populo ostendunt: et quid sperare de rege suo debeant, filij cæde demonstrat. Finito luctu orbitatis, Cleopatra, cum urgeri se fraterno bello uideret, auxilium à Demetrio petit Syriæ reger per legatos eius, cuius ipsius uarij et memorabiles casus fuere. Namque Demetrius (ut supra dictum est) cum bellum Parthis intulisset, et multis congressionibus uictor fuisset, repente circumuentus insidijs, amisso exer-

Exemplum
pietatis in li-
beros.
Immanis Pto-
lemæi in libe-
ros crudelitas.

Demetrii va-
ria fortuna.
Digressio à
Demetrii et
Parthis bello

Exemptum moderata
 storia.
 ¶ Bithinia.
 Demetrius
 ex his re
 trahitur.
 Phrahartes
 Parthorum rex
 ¶ Custodij.
 Exemplum
 clementie in
 barbaro ho-
 mine.
 Phrahartis
 consilium.
 citu capitur. Cui Arsacides Parthorum rex magno. Et regio animo misso in ¶ Hircaniam, non cultum tantum regium præstitit, sed et filiam in matrimonium dedit. Regnumq; Syriæ, quod per absentiam eius Trifido occupauerat, restitutum promittit. Post huius mortem desperato reditu, non ferens captiuitatem Demetrius, priuatam et si opulentam, uitam pertesus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac comes Calimander amicus erat: qui post captiuitatem eius a Syria per Arabiæ deserta, ducibus pecuniæ comparatis, Parthico habitu Babyloniam peruenerat. Sed fugientem Phrahartes, qui Arsacide successerat, equitum celeritate per compendiosos tramites occupatum retrahit. Ut est deductus ad regem, Calimandro quidem non tantum uenia, uerum etiam premium fidei datum. Demetrium autem et grauius castigatum, ad coniugem in Hircaniam remittit, et arctioribus ¶ custodibus obseruari iubet. Interiecto deinde tempore, cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent, eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui deprehenditur, ac denuo perductus ad regem ut inuisus a conspectu summouetur. Tunc quoque uxori, et liberis donatus, in Hircaniam poenalem, ciuitatem sibi donatam remittitur: talisq; aureis ad exprobrationem puerilis leuitatis donatur. Sed hanc tam Parthorum mitem in Demetrium clementiam, non misericordia

eordia gentis, nec respectu cognationis faciebat, sed quod Syriæ regnum adfectabant, usuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem, prout res, uel tempus, uel fortuna belli exegisset. His auditis Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum bellis indurauerat, aduersus Parthos ducit. Sed luxuria non mimor adparatus, quam militiæ fuit. Quippe VIII. millia armatorum secuta sunt XXX. millia lixarum. Ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque maior numerus fuit, argenti certe auri que tantum, ut etiam gregarij milites caligas auro fingerent: procul carentq; materiam, cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoque argentea instrumenta fieri: prout Antiocho multi orientales reges occurrere, tradentes se, regna que sua cum execratione superbiæ Parthiæ. Nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus prælijs uictor Babyloniam cum occupasset, magnus haberi coepit. Itaque omnibus ad eum deficientibus populis, nihil Parthis relictum, præter patrios fines fuit. Tunc Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit: ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a Parthia reuocaretur. Interim, quoniam uiribus non poterat, insidijs Antiochum ubique tentabat. Propter multitudinem hominum, omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna di-

Antiochi Se-
 detis in Par-
 thos bellum.
 Hanc lectio-
 ne magis hic
 probat.

Otingenta
 millia arma-
 torum CCC
 millia lixarū

Luxus in An-
 tiochi exerci-
 tu.
 Antiochi fue-
 cessus.

uiferat, quæ res exitij causa fuit. Nam cum grauari se
copiarum præbitione, & iniurijs militum, ciuitates uir-
derent, ad Parthos deficiunt, & die statuta omnes ad
pud se diuisum exercitum per insidias, ne inuicem fer-
re auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cum nunciata
Antiocho essent, auxilium proximis laturus, cum ea
manu quæ secum hyemabat, progreditur. In itinere ob-
uium regem Parthorum habuit: aduersus quem fortis-
us, quam exercitus eius dimicauit. Ad postremum tam-
men cum uirtute hostes uincerent, metu suorum desertus
occiditur. Cui Phrahartes exequias regio more fecit: si-
liamq; Demetrii, quam secum Antiochus adduxerat, ca-
ptus amore uirginis, uxorem duxit: poenitere deinde
dimissi Demetrii cepit. Ad quem retrahendum, cum tur-
mas equitum festinanter misisset, Demetrium hoc
ipsum metuentem, iam in regno missi
inuenerunt, frustra q; omnia co-
nati ad regem suum
reuersi sunt.

IVSTI-

IVSTINI HISTORICI

LIBER XXXIX.



Antiocho in Parthia cum exerci-
tu deleto, frater eius Demetri-
us obsidione Parthorum libera-
tus, ac restitutus in regnū, cum
omnis Syria in luctu propter
amissum exercitum esset, quasi
Parthica ipsius, ac fratris bella,
quibus alter captus, alter occisus erat, prosperè ges-
set: ita Aegypto bellum inferre statuit, regnū Aegypti,
Cleopatra socru pretium auxilij aduersus fratrem suum
pollicente. Sed dum aliena affectat, ut asolet fieri, pro-
pria per defectionem Syriæ amisit. Siquidem Antiochen-
ses primi, duce Triphone execrantes superbiam regis,
quæ conuersatione Parthicæ crudelitatis intolerabilis
facta erat, mox Apamennij, cateraq; ciuitates exem-
plum secute, per absentiam regis à Demetrio defecere. Redit ad su-
Ptolemeus uerò rex Aegypti, bello ab eodem petitus, periorè histo-
cum cognouisset Cleopatram sororem suam, opibus At-
gypti nauibus impositis, ad filiam & Demetrium gene-
rum in Syriam profugisse, immittit iuuenē quendam Ae-
gyptium, Protarchi negociatoris filium, qui regnū Syriae
armis peteret. Et composita fabula quasi per adoptio-
nem Antiochi regis receptus in familiā regiam esset, appellatus.

Demetrius
rurfus Syriae
rex.Noëma. Sy-
riae à Deme-
trio defecitRedit ad su-
periorè histo-
riam de Pto-
lemæo Phi-
scione.Zebena Pro-
tarchi filius
Alexander
appellatus.

Syriæ rex cō-
stituitur.
Universitatis
Biblioteca

nec Syrijs quemlibet regem aspernantibus, ne Demetrii paterentur superbiam, nomen iuveni Alexander imponitur, auxiliæque ab Aegypto ingentia mittuntur. Interea corpus Antiochi interfecti à rege Parthorum in loculo argenteo in sepulturam in Syriam remissum peruenit: quod cum ingenti studio ciuitatum, & regis Alexandri ad firmandam fabulæ fidem excipitur. Quæ res illi magnum fauorem popularium conciliauit, omnibus non fictas in eo, sed ueras lacrimas existimantibus. Demetrius autem uictus ab Alexandro, cum undique circumstantibus malis præmeretur, ad postremum etiam ab uxore filijs que deseritur. Relictis igitur cum paucis seruulis, cum Tyrum religionem templi se defensus petisset, naui egrediens, præfecti iussu interficitur. Alter ex filijs Seleucus, quoniam sine matris auctoritate diadema sumpsisset, ab eadem interficitur. Alter ex filijs cui propter nasi magnitudinẽ cognomen Grypho fuit, rex à matre hæcenus constituitur, ut nomen regis penes filium, ius autem omnis imperij penes matrem esset. Sed Alexander occupato Syriæ regno, tumens ex successu rerum, spernere iam etiam ipsum Ptolemæum, à quo fuerat in regno ornatus, superba insolentia coepit. Itaque Ptolemæus reconciliata sororis gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Demetrii uiribus suis acquisierat, summis operibus instituit. Mittit ergo in Græciam Grypho auxilia, & filium Gryphinam

Demetrius
interficitur.
Exemplū
mūliebris
ambitionis.

Gryphus.
Alexandri
ingratitudo
& insolentia.

phinam Grypho nupturam, ut populos in auxilium nepotis, non societate tantum belli, uerum etiam affinitate sua sollicitaret. Nec res frustra fuit. Nam cum omnes Gryphum instructum Aegyptijs uiribus uiderent, paulatim ab Alexandro deficere coepere. Fit deinde inter eos proelium: quo uictus Alexander Antiochiam profugit. Ibi inops pecuniæ cum stipendia militibus deserent, in templo Iouis solitum ex auro uictoriæ signum tolli iubet, facietis iocis sacrilegium circumscribens. Nam uictoriam commodatam sibi à Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus cum ipsius Iouis aureum simulachrum infiniti ponderis, tacite euelli iussisset, deprehensusque in sacrilegio concursu multitudinis in flagram esset uersus, magna uim tempestatis oppressus, ac desertus à suis, à latronibus capitur: perductusque ad Gryphum, interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno, externis que periculis liberatus, insidijs matris appetitur: que cum cupiditate dominationis, prodito marito Demetrio, & altero filio interfecto, huius quoque uictoria inferiore dignitatem suam factam doleret, uenienti ab exercitatione ueneni poculum obtulit. Sed Gryphus prædictis antè iam insidijs, ueluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam iubet, abnuenti inquit. Postremum prælato indice eam arguit, solam defensionem sceleris superesse affirmans, si bibat, quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso ueneno, quod

Alexander
rex subornatus
vincitur à
Grypho.

Alexandri
sacrilegium
& interitus.

Gryphus
Syriæ rex.
Cleopatra
impietas in
liberos, &
ambitio.

† Prolato.
Mater ueneno
quod filio
parauerat
quod.

extinguitur. quod alij parauerat, extinguitur. † Parata igitur regni securitate, Gryphus octo annis quietem & ipse habuit, & regno suo † praeditit. Natus deinde illi est amulus regni frater ipsius Cyricenus, eadem matre genitus, sed ex Antiocho patre susceptus: quem cum ueneno tollere uoluisset, ut maturius cum eodem armis de regno contenderet, excitauit. Inter has regni Syriae paricidiales discordias, moritur rex Aegypti Ptolemaeus, regno Aegypti uxori & alteri filio quem illa legisset, relicto: uidelicet quasi quietior Aegypti status, quam Syriae regnum esset, cum mater altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. Igitur cum pronior in minorem filium esset, a populo compellitur maiorem eligere, cui prius quam regnum daret, uxorem ademisti: compulsusque repudiare charissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Seleucum ducere iubet, non materno inter filias iudicio, cum alteri maritum eriperet, alteri daret. Cleopatra uero non tam a uiro repudiata, quam a matre diuortio uiri dimissa, Cyriceno in Syria nubit: cuius ne nudum nomen uxoris adferret, exercitum Cypri sollicitatum, uelut dotalem ad maritum deducit. Par igitur uiribus iam factus Cyricenus, praelium committit, ac uictus in fugam conuertitur, Antiochiam que uenit. Tunc Antiochiam Gryphus, in qua erat Cyriceni uxor Cleopatra, obsidere coepit: qua capta Gryphina uxor Gryphi nihil antiquius, quam sorore Cleopatram requiri

Cleopatra
Cyriceno nubit.

Cyricenus a
fratre Grypho vincitur

requiri iussit, non ut captiuae open ferret, sed ne effugere captiuitatis mala posset: que sui emulatione in hoc potissimum regnum inuaserit: hostique sororis nubendo hostem se eius effecerit. Tum peregrinos exercitus incertamina fratrum adductos, tum repudiatam a fratre, & contra matris uoluntatem extra Aegyptum nuptam accusat. Contra Gryphus orare, ne tam foedum facinus facere cogatur, a nullo unquam maiorum suorum inter tot domestica, tot externa bella † post uictum hostem in foeminas seuitum, quas sexus ipse & periculis bellorum, & saeuicia uictorum eximat: in hac uero praeter commune bellantium fas accedere necessitudinem sanguinis. Quippe ipsius, que tam cruentum seuiat sororem equidem germanam esse, suam uero consobrinam, liberorum deinde communium materteram. His tot necessitatibus sanguinis, adicit superstitionem templi, quod abditam profugerit: tantoque religiosius colendos deos sibi, quod magis his propitijs ac fauentibus uicisset, tum neque occisa illa, se uirium quicquam Cyriceno dempturum, nec seruaturum reddita. Sed quanto Gryphus abnuat, tanto soror muliebri pertinacia accenditur, rata non misericordiae haec uerba, sed amoris esse. Itaque uocatis ipsa militibus, mittit, qui sororem confoderent, qui ut in templum intrauerunt, cum euellere eam non possent, manus se mutuae complexates deae simulachrum praeciderunt. Tunc Cleopatra execratione paricidarum mandata, uiolatis numinibus

† Alij, post uictoriam in foeminas, &c.

Muliebris crudelitas erga sororem exemplum Gryphinae Parricidia sororum inter



† Decidit.

† Emisisset.

Cleopatra dignus pro tor sceleribus exitus. Impietas & crudelitas mutuo puni- ta.

mimibus, in ultionem sui † decedit. Nec multo post, res- petita praelij congressione, victor Cyricenus uxorem Gryphi Gryphinam, quae paulo ante sororem interse- cerat, capit: eiusq; supplicio uxoris manibus parente- uit. At in Aegypto Cleopatra cum grauaretur socio regni filio Ptolemaeo, populum in eum incitat: abducta- que ei Seleuci uxore, eo indignius quod ex Seleuce iam- duos filios habebat, exulare cogit, accersito minori fi- lio Alexandro, & rege in locum fratris constituto: nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exulatem persequitur. Vnde pulso, interficit ducem exercitus suis, quod inuivum eum e manibus † dimisisset: quanquam Pto- lemaeus uerecundia materni belli non uiribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander territus hac matris crudelitate, & ipse eam reliquit: PERICVLOSO REGNO SECVRAM AC TVTAM V- TAM ANTEPONENS. Cleopatra uero tim- mens, ne maior filius Ptolemaeus ab Cyriceno ad recu- perandam Aegyptum auxilijs iuuaretur, ingentia Gry- pho auxilia, & Seleucem uxorem nupturam hosti prio- ris mariti mittit: Alexandrumq; filium per legatos in regnum reuocat. Cui cum occultis insidijs exitium ma- chinaretur, occupata ab eodem interficitur: spiritumq; non fato sed parricidio dedit. Digna prorsus hac mor- tis infamia, quae etiam matrem thoro expulit, & duas filias uiduas alterno fratrum matrimonio fecit, & filio alteri

alteri in exilium acto, bellu intulit: altero crepto regno, Ptolemaeus exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexandro Lathyrus, in regnum Syriae resti- caedes tam nefanda multa fuit. Nam ubi primum con- tuitur. pertum est, per scelus filij matrem interfictam, concur- sa populi in exilium agitur: reuocato que Ptolemaeo re- gnum redditur: qui neque cum matre bellum gerere uo- luisse, nec a fratre armis repetere, quod prior posse- ditisset. Dum haec aguntur, frater eius ex pellice susce- Ptolemaeus pitus, cui pater Cyrenarum regnum testamento relique- Appio Popu- rat, herede Populo Romano instituto decessit. iam ce- lun Roma- num herede- nim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna scripsit. (non contenta Italia terminis) coeperat. Itaque & ea Pyriticum bellum. pars Lybiae prouincia facta est: postea Creta, bellum. Piratico bello perdomita, in formam prouinciae redi- guntur, Quo facto & Syriae, & Aegypti regna, † ui- † Cu vnitare vnitare Romana arctata. Et quae incrementa de finiti- mis bellis quaerere solebant, adempto uagandi arbi- trio, uires suas in perniciem suam conuerterunt, adeo ut assiduis praelijs consumpti, in contemptum finiti- morum uenerint: praedae que Arabum genti, inbelli an- tea fuerint. Quorum rex Hierotimus fiducia sexcen- torum filiorum, quos ex pellicibus susceperat, diuisis Hierotymus Arabum rex, exercitibus nunc Aegyptum, nunc Syriam infestabat, sexcentos fi- magnum que nomen Arabum uiribus finitimorum ex- lios habuit. anguibus fecerat.



IUSTINI HISTORICI
LIBER XL.



Utuis fratrum odijs, & mox si-
liorum inimicitijs parentū suc-
cedentibus, cum inexpiabili bel-
lo & reges, & regnum Syriae
consumptum esset, ad externa
populus auxilia cōcurrir, pere-
grinosq; sibi reges circumspice-

re coepit. Itaque cum pars Mithridatem Ponticum, pars
† accessendū Ptolemæum ab Aegypto † accessendum censeret, † oc-
† accideritq; curreretq; quod Mithridates implicitus bello Romano
Tigranes Armenia & Syria rex. esset, Ptolemæus quoque hostis Syriae semper fuisset, om-
nes in Tigranem regem Armeniae consenserunt, in-
structum præter domesticas vires, Parthica societate
& Mithridatis adfinitate. Igitur accitus in regnum Sy-
riae per XVIII. annos tranquillissimo regno potitus est,
neque bello alium laceßere, neque laceßitus inferre alijs
bellum neceße habuit. Sed sicut ab hostibus tuta Syria
Ingens terræ fuit, ita terræ motu uastata est: quo CLXX. hominum
motus. millia, & multæ urbes perierunt. Quod prodigium
Vix fuit vlla mutationem rerum portendere aruspices responderūt.
Romana vi- Igitur Tigrane à Lucullo uicto, rex Syriae Antiochus
storia hac Cyricani filius ab eodem Lucullo adpellatur. Sed quod
Luculli cla- rior, de qua Lucullus dederat, postea ademit Pompeius, qui postea
ti res

ti regnum respondit, ne nolenti quidem Syriae nedum
recusanti daturum se regem, qui XVIII. annos, quibus
Tigranes Syriae tenuit, in angulo Cilicie latuerit. Vi-
cto autem eodem Tigrae à Romanis, alieni operis
præmia postulet. Igitur ut habenti regnum non ademe-
rit, ita quod cesserit Tigrani non daturum quod tue-
ri nesciat, ne rursus Syriae Iudeorum, & Arabum las-
trocinis infestam reddat. Atque ita Syriae in
provinciae formam redegit: paulatimq;
Oriens Romanorum discordia
consanguineorum re-
gum, factus est.

Plutarchus
in Lucullo.
Anno ab vr-
be condita,
D. CC.
XCIX. con-
sulibus Tul-
lio Cicerōe,
& C. Anto-
nio, Orofi-
Syria in Ro-
manam pro-
uinciam re-
ducta.

IUSTI



Biblioteca
Parthorum
origo.

Parthi Scythi
co sermone
exules dicti.

Parthorum
obscura &
ferulis con-
ditio.
Parthorum
succensus.

IUSTINI HISTORICI LIBER XLI.



Parthi, penes quos uelut diuisio-
ne orbis cũ Romanis facta, nũc
orientis imperium est, Scytharũ
exules fuerunt: hoc etiam ipso-
rum uocabulo manifestatur. Nã
Scythico sermone Parthi exu-
les dicuntur. Hi et Assyriorum,
& Medorum temporibus, inter orientales populos ob-
scurissimi fuere. Postea quoque cũ imperium orientis
a Medis ad Persas translatum est, ueluti uulgus sine no-
mine, praeda uictorum fuere. Postremo Macedonibus,
triumphato oriente, seruiunt, ut cuius mirum uideat-
ur, ad tantam eos felicitatem per uirtutem prouectos,
ut imperent gentibus, sub quarum imperio, ueluti ser-
uile uulgus fuere. A Romanis quoque trinis bellis per
maximos duces, florentissimis temporibus laesiti, so-
li ex omnibus gentibus, non solum pares, uerumetiam
uictores fuere. Quamquam plus gloria sit, inter Assy-
ria & Medica Persicãq; memorata olim regna, & opu-
lentissimum illud mille urbium Bactrianum imperium
emergere potuisse, et longinqua bella uicisse; præterea
cum grauib; Scythicis, et uicinalibus bellis assiduis ue-
xati, uarijsq; periculorũ certaminibus urgi: rêtur, hi do-
mesticis

mesticis seditionibus Scythia pulsi, solitudines inter
Hyrcaniam & Dacas, & Areos, & Spartanos, & Ma-
ianos surtim occupauere fines. Deinde non interceden-
tibus primò finitimis: postea etiam prohibentibus, in-
tantum protulere, ut non immensa tantum iam ac pro-
funda camporum, uerumetiam prærupta collium mon-
tiumq; ardua occupauerint. Ex quo fit ut Parthia ple-
raque finium, aut æstus, aut frigoris magnitudo possi-
deat: quippe cum mōtes nix, & campos æstus infestet.
Administratio gentis, post defectionem Macedonici im-
perij, sub regibus fuit: proximus maiestati regum popu-
lorum ordo est: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores
in pace habentur. Sermo his inter Scythicum, Medumq;
medius † ex utroque mixtus, uetis olim sui moris. Po-
steaquam accessere opes, ut Medis perlucida, ac fluida:
armorum patrius ac Scythius mos: exercitum non ut
aliæ gentes liberorum, sed maiorem partem seruorum
habent. Quorum uulgus, nulli manumittendi potesta-
te permessa, ac per hoc omnibus, seruis nascentibus in-
dies, crescit. Hos pari cura, ac liberos suos habent: &
equitare, & sagittare magna industria docent. Locu-
pletissimus ut quisque est, ita plures in bello equites
regi suo præbet. Denique Antonio, bellum Parthis in-
ferenti, cum L. millia equitum occurreret, soli D. CCC.
liberi fuere. Cominis in acie præliari nesciunt, obses-
sas que expugnare urbes. Pugnare aut procurrentibus

Parthia
ficus.

† Et vtriusq;
Parthorum
sermo, vesti-
tus & mo-
res.
Parthorum
exercitus
ex seruis
constat.

Alij 450.
Parthorum
pugnandi
ratio.

X equis,

equis, aut terga dantibus, sepe etiam fugam simulant: ut incautiores aduersus uulnera insequentes habeant. Signum his in praelio non tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Ceterum intolerandi forent si quantus his impetus est, uis tanta & perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis praelia deserunt: ac paulo post pugnam ex fuga repetunt: ut cum maxime uicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum ipsis, equisque, loricae sunt plurimae: quae utrumque toto corpore tegunt. Auri, argentiq; nullus nisi in armis usus. Vxores dulcedine uariae libidinis singuli plures habent: nec ulla delicta adulterijs grauius uindictant. Quam ob rem foeminis non conuiuia tantum uirorum, uerum etiam conspectum interdiciunt. Carne non nisi uenatibus quaesita uescuntur. Equis omni tempore uectantur: illis bella, illis conuiuia, illis publica ac priuata officia obcunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui. Hoc demum discrimen inter seruos liberosq; esse, quod serui pedibus, liberi non nisi equis incedunt. Sepultura uulgo aut auium aut eanum lamentus est. Nuda demum ossa terra obruuntur. In superstitionibus ad curam deorum praecipua omnibus ueneratio est. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia. Quippe uiolentiam uiris, mansuetudinem mulieribus assignant. Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti: natura taciti: ad faciendum quam ad dicendum promptiores.

Parthorum mores.

Adulteria feruere Parthi puniunt.

Parthorum sepultura. Parthorum superstitio in deorum cura.

ptiores. Proinde secunda, aduersaq; silentio tegit. Principibus metu non pudore parent: in libidinem proiecti, in cibum parci: fides dictis promissisq; nulla, nisi quantum expedit. Post mortem Alexandri Magni cum inter Parthorum reges. successores eius, orientis regna diuiderentur, nullo Macedonum dignante, Parthorum imperium Satagernori externo socio traditur. Hi postea deductis Macedonibus in bellum civile, cum ceteris superioris Asiae populis Eumenem secuti sunt: quo uictio ad Antigonum transiere. Post hunc a Nicanore Seleuco, ac mox ab Antiocho & successoribus eius possessi: a cuius pronepote Seleuco primam defecere. primo Punico bello L. Manilio Pisonem, Atilio Regulo consulibus. Huius defectio nis impunitatem illis duorum fratrum regum Seleuci, & Antiochi discordia dedit: qui dum sibi inuicem eripere regnum uolunt, persequi defectores omiserunt. Eodem tempore etiam Theodotus mille urbium Bactrianorum praefectus defecit: regemq; se appellari iussit: quod exemplum secuti totius orientis populi, a Macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces uir sicut incerta orientis, ita uirtutis expertus. Hic solitus latrocinij & rapto uiuere, accepta opinione Seleucum a Gallis in Asia uictum, solutus regis metu, cum praedonum manu Parthos ingressus, praefectum eorum Andragoram oppressit: sublatoq; eo, imperium gentis inuasit. Non magno deinde post tempore, Hyrcanorum quoq; regnum occupauit.

Parthorum reges.

† seductis Parthorum a regibus Macedonicis defectio.

Theodotus mille urbium Bactrianorum praefectus. Arsaces Parthorum imperium inuadit.

uit, atq; ita duarum ciuitatum imperio præditus, gratiam exercitum parat metu Seleuci, & Theodoti Bactrianorum regis. Sed citò morte Theodoti metu liberatur, cum filio eius & ipso Theodoto fœdus ac pacem fecit: nec multò post cum Seleuco rege, ad defectores persequendos ueniente, congressus, uictor fuit: quem diem Parthi exinde solennem, uelut initium libertatis obseruant. Reuocato deinde Seleuco, nouis motibus in Asiam dato laxamento, regnum Parthicum format: militem legit: castellamunit: ciuitates firmat: urbem quoque nomine Darem in môte Thaborreno condit. Cuius loci ca conditio est, ut neque munitius quidquam esse, neque amoenius possit. Ita enim & præruptis rupibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat: & soli circumiacentis tanta ubertas est, ut proprijs opibus expleatur. Iam fontium ac sylvarum ea copia est, ut & aquarum abundantia irrigetur, & uenationum uoluptatibus exornetur. Sic Arsaces quesito simul constitutoq; regno, non minùs memorabilis Parthis, quàm Persicis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute decedit. Cuius memorie hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent. Huius filius & successor regni Arsaces & ipse nomine, aduersus Antiochum Seleuci filium C. millibus peditum, & XX. millibus equitum instructus mira uirtute pugnauit,

Arsaces Parthicum regnū format.
Vibem Claram alij adpellant.
Ἐπιτομή.

Arsaces Parthis is, qui Persis Cyr.

Parthi reges suos omnes Arsaces adpellant.
Arsaces II.

uit, ad postremum in societate eius adsumptus est. Tertius Parthis rex Pampatius fuit, sed & ipse Arsaces dictus: nam (sicut supra dictum est) omnes reges suos hoc nomine sicuti Romani Cæsares, Augustos que cognominauerunt. Hic actis in regno XII. annis decessit, relictis duobus filijs, Mithridate, & Pharnace: quorum maior Pharnaces more gentis, heres regni, Maridos ualidam gentem bello domuit: nec multò post decessit, multis filijs relictis: quibus præteritis fratri potissimum Mithridati, insignis uirtutis uiro, reliquit imperium, plus regno, quàm patrio deberi nomini ratus: potiusq; patriæ, quàm liberis consulendum. Eodem ferme tempore sicut in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides magni uterque uiri regna incunt. Sed Parthorum fortuna felicio, ad summum hoc duce imperij fastigium eos perduxit. Bactriani autem per uaria bella iactati, non regnum tantum, uerum etiam libertatem amiserunt. Siquidem Sogdianorum, & Dranganitanorum, indorumq; bellis fatigati, ad postremum ab inualidioribus Parthis uelut exangues oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella magna uirtute gessit, quibus attritus cum obsidionem Demetrii regis Indorum pateretur, cum CCC. millibus LX. millia hostium assiduis eruptionibus uicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redegit. Vnde cum se reciperet, à filio, quem socium regni fecerat, in itinere

Pampatius
Arsaces III.

Pharnaces
Arsaces III.

Mithridates
Arsaces V.

Pietas in patriam.

Eucratides
Bactriano-
rum rex.

Exemplum
parricidij &
magnæ crudelitatis, pater à filio tradidus.
Nulla fides
regni socijs

omnisq; potestas impatiens confortis erit: Lucanus. interficitur, qui non dissimulato parricidio, uelut hostem, non patrem interfecisset, & per sanguinem eius currum egit, & corpus abiecti insepultum iussit. Dum hæc apud Bactros geruntur, interim inter Parthos & Medos bellum oritur. Cum uariis utriusque populi casus fuisset, ad postremum uictoria penes Parthos fuit. His uiribus auctus Mithridates Mediae Baccasum in regno preponit, ipse in Hircaniam proficiscitur. Unde reuersus, bellum cum Elimecorum rege gessit: quo uicto, hanc quoque gentem regno adiecit, imperiumq; Parthorum a monte Caucaaso multis populis in ditionem reductis, usque ad flumen Euphratem protulit. Atque ita aduersa ualetudine correptus, non minor Arsace proauo gloriosa senectute decessit.

IVSTE

IVSTINI HISTORICI

LIBER XLII.



OST necem Mithridatis Parthorum regis Phraortes filius eius rex constituitur: qui cum inferre bellum in ultionem tentat ab Antiocho Parthici regni Syriae statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda reuocatur. Namque Scythæ in auxilium Parthorum aduersus Antiochum Syriae regem mercede sollicitati, cum confecto iam bello superuenissent, in calumnia tardius lati auxilij mercede fraudarentur, dolentes tantum eis itineris frustra mensum, cum uel stipendium pro uexatione, uel alium hostem dari sibi poscerent, superbo responso offensi, fines Parthorum uastari ceperunt. Igitur Phraortes cum aduersus Scythas proficiscitur, ad tutelam regni reliquit Phraortem quendam, puericiae sibi flore conciliatum: qui tyrannica crudelitate, oblitus & uite præterite, & uicarij officij, Babylonios, multasq; alias ciuitates importunè uexauit. Ipse autem Phraortes exercitum Græcorum, quem bello Antiochi captum, crudeliter superbeque tractauerat, in bellum secum ducit: immemor prorsus, quod hostiles eorum amicos, nec captiuas immuerat, & insuper iniuriarum indignitas exacerbauerat. Itaq; cum inclinatam Parthorum aciem uidissent,

Phraortes
Parthorum
rex VI.Phraortem
cum Scythis
bellum.
† Hymerum

Oratorum
exercitus de
fecit à Phra-
harte.
Artabanus
Parthorum
rex VII.
† Depopula-
ta.

Mithridates
Parthorum
rex VIII.

† Artuafdam
Plutarchus
appellat.
Armenij re-
gni & gentis
origo.

Armenius Ia-
sonis comes.
Iasonis histo-
ria.
Vellus au-
reum.

sent, arma ad hostes transtulerunt: & diu cupitam ca-
ptiuitatis ulionem exercitus Parthici, & ipsius Phra-
hartis regis cruenta cæde executi sunt. In huius locum
Artabanus patruus eius rex substituitur. Scythæ autē
contenti uictoria, † populata Parthia, in patriam re-
uertuntur. Sed Artabanus bello Colchatarijs illato, in
brachio uulneratus, statim decedit. Huic Mithridates
filius succedit: cui res gestæ magnum cognomen dede-
re, quippè claritatem parentum, æmulatione uirtutis
accensus: animi magnitudine supergreditur. Multa igitur
bella cum finitimis magna uirtute gessit: multosq;
populos Parthico regno addit. Sed & cum Scythis pro-
sperè aliquoties dimicauit, ultorq; iniuriæ parentum
fuit. Ad postremum † Artoadisti Armeniorum regi bel-
lum intulit. Sed quoniam ad Armeniam transitum faci-
mus, origo eius paulò altius repetenda est. Neque enim
silentio præteriri tantum regnum fas est, cum fines eius
post Parthiam omnium regnorum multitudinem supe-
rent. Siquidem Armenia à Cappadocia usque undecies
centena millia ad mare Cassium patet, sed in latitudi-
ne millia passuum septingenta porrigitur. Condita est
autem ab Armenio Iasonis Thessali comite, quem cum
perditum propter insignem periculosamq; regno suo
uirtutem Pelias rex cuperet, denunciata militia in Col-
chos eum abire iubet: pellem que arietis memorabilem
gentibus reportare sperans interitum uitri, aut ex peri-
culo

culo tam longæ navigationis, aut ex bello tam profun-
dæ barbariæ. Igitur Iason diuulgata opinione tam glo-
riose expeditionis, cum ad eum certatim principes iu-
uentutis totius ferè orbis concurrerent, exercitū for-
Argonauæ.
tissimorum uirorū, qui Argonauæ cognominati sunt,
comparauit. Quem cum magnis rebus gestis incolu-
mem reduxisset, rursus à Pelie filijs Thessalia pulsus
magna ui, cum ingenti multitudine, quæ ad famam uir-
tutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluxerat, co-
Medea Iaso-
nite Medea uxore, quam repudiatam miseratione exi-
nis vxor.
lij rursus receperat, & Medeo priuigno ab Aegeo re-
ge Atheniensium genito, Colchos repetiuit, socerumq;
Iasonis ge-
etiam regno pulsū restituit. Magna deinde bella cum
sta.
finitimis gessit, captasq; ciuitates partim regno soceri
ad abolendam superioris militiæ iniuriam, qua & fili-
um eius Medeam abduxerat, & filium Actæ Aegialum
interfecerat, adiunxit: partim populis, quos secum ad-
duxerat, assignauit. Primus humanorum post Hercu-
lem & Liberum, qui reges Orientis fuisse traduntur,
tam cæli plagam domuisse dicitur. Populis quibusdam
Phrygiam, & Ansisratum aurigas Castoris & Pollu-
cis duces assignauit: cum Albanis fœdus percussit: qui
Albani in
Herculem ex Italia ab Albone monte, cum Geryone Oriente ex
Italia oriun-
di.
extincto, armenta eius per Italiam duceret, secuti dicun-
Iasonis ho-
tur: qui que memores Italicæ originis, exercitum Cn.
Iasonis ho-
Pompeij bello Mithridatico fratres salutauerunt. Itaque
nores.


Iasoni totus ferme oriens ut conditori, diuinus que honores templaq; constituit: que Parmenion dux Alexandri Magni post multos annos dirui iussit: ne cuiusquam nomen in oriente uenerabilius, quam Alexandri esset. Post mortem Iasonis, Medus emulus uirtutis eius in honorem matris Medee. Medeam urbem condidit: regnumq; a nomine suorum Medorum constituit: sub cuius maiestate et orientis postea imperium fuit. Albanis utriusque Amazones sunt, quarum reginam Thalestre concubitum Alexandri petisse multi auctores prodiderunt. Armenius quoque et ipse Thessalus unus de numero ducum Iasonis, re collecta multitudine, que amisso Iasonis rege per se in uagabatur, Armeniam condidit: a cuius montibus Tigris fluius modicis primo incrementis nascitur. Interiecto demum aliquanto spacio sub terras mergitur, atq; ita post XXXV. millia passuum grande iam flumen in regione Sophone emergit, ac sic in paludes Euphratis recipitur. Igitur Mithridates rex Parthorum post bellum Armenie propter crudelitatem, a Senatu Parthico regno pellitur. Frater eius Horodes cum regnum uacans occupasset, Babyloniam, quod Mithridates confugerat, diu obsidet: et fame coactos in deditionem oppidanos compellit. Mithridates autem fiducia cognationis ultra se in potestatem Horodis tradit. Sed Horodes plus hostem quam fratrem cogitans, in conspectu suo trucidari eum iussit. Et post haec, bellum

cum Romanis gessit, Crassumq; imperatorem cum filio, et omni exercitu Romano delcuit. Huius filius Pacorus missus ad persequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam patri suspectus reuocatur: quo absente exercitus Parthorum relictus in Syria a Cassio questore Crassi, cum omnibus ducibus, trucidatur. His itaque gestis, non magno post tempore Romanis inter Casarem Pompeiumq; civile bellum oritur: in quo Parthi Pompeianarum partium fuerunt: et propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam, et propter Crassi necem, cuius filium in partibus Caesaris esse audierant, quem ultorem patris uictore Casare futurum non dubitabant. Itaque uictis partibus Pompeianis, et Cassio et Bruto auxilia aduersus Augustum et Antonium misere, et post belli finem rursus Pacoro duce cum Labieno in Italia societate, Syriam, et Asiam uastauerunt: castraq; Ventidij, qui post Cassium absente Pacoro exercitum Parthicum fuderat, magna mole aggrediuntur: sed ille simulato timore diu se continuit, et insultare Parthos aliquantisper passus est. Ad postremum, in securos latosq; partem legionum emisit: quarum impetu fusi Parthi in diuersa abiere. Pacorus autem cum fugientes suos abduxisset secum legiones Romanas putaret, castra Ventidij ueluti sine defensoribus adgreditur. Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissa, uniuersam Parthorum

Crassus a Parthis trucidatur. Plurima in Crasso Parthorum, cum Romanis bella. Bellum civile, in quo Parthi Pompeianorum sunt secuti.

Parthorum cum Ventidio pugna.

Parthi vincuntur a Ventidio. Pacorus Parthorum rex vincitur et interficitur a Ventidio.



Tomne Amazones.

Armenius Armeniam condidit. Tigris a celeritate incipit vocari: ita enim Medo sagittam adpellant, Plin. lib. 6. Tigridis fluius descriptio. Horodes Parthorum rex, que Plutarchus Hyrodé vocat. Exemplum impietatis.

eborum manum cum rege ipso Pacoro interfecit. Nec illo bello Parthi unquam maius vulnus acceperunt. Hæc cum nunciata in Parthia essent, Horodes pater Pacori, qui paulo ante uastatam Syriam, occupatam Asiam à Parthis audierat, uictoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, repente morte filij & exercitus clade audita, ex dolore ad furorem uertitur. Multis diebus non alloqui quenquam, non cibum sumere, non uocem mittere, ita ut mutus factus uideretur. Post multos deinde dies, ubi dolor uocem laxauerat, nihil aliud quam Pacorum uocabat. Pacorus illi uideri, Pacorus audiri uidebatur, cum illo loqui, cum illo consistere, interdum quasi amissum flebiliter dolebat. Post longum deinde luctum alia sollicitudo miserandum senem inuasit: quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem constituat. Multæ pellices, ex quibus generata tanta inuentus erat, pro suis quæque sollicitè animum senis obsidebant. Sed factum Parthiæ fecit, in qua iam quasi solenne est reges parricidas haberi, ut sceleratissimus omnium, & ipse Phrahartes nomine, rex statueretur. Itaque statim quasi nollet mori naturaliter, patrem interfecit: fratres quoque triginta trucidat. Sed nec in filiis cessant parricidia. Nam cum infestos sibi optimates propter asidua scelera uideret, † ne esset, qui nominari rex posset, adultum filium interfici iubet. Huic Antonius propter auxilium aduersus se & Cesarem latum,

Phrahartis immania parricidia.

† Alij, nec esset, qui nominatum rex posset

bellum cum XVI. ualidissimis legionibus intulit: sed grauius multis prælijs uexatus, à Parthia refugit. Qua uictoria insolentior Phrahartes redditus, cum multa crudeliter consulere, in exilium à populo suo pellitur. Itaque cum magno tempore finitimas ciuitates, & ad postremum Scythas precibus fatigasset, Scytharum maximo auxilio in regnum restituitur. Hoc absente regem Parthi Tyridatem quendam constituerant: qui audito Scytharum aduentu, magna amicorum manu, ad Cesarem in Hispaniam bellum tunc temporis gerentem profugit, obsidè Cesari minimum filium Phrahartis ferens, quem negligentius custoditum rapuerat. Quo cognito Phrahartes, legatos statim ad Cesarem mittit, seruum suum Tyridatem & filium remitti sibi postulat: Cesari & legatione Phrahartis audita, & Tyridatis postulatis cognitis (nam & ipse restitui in regnum desiderabat, iuris Romani futuram Parthiam adfirmans, si eius regnum muneris eorum fuisset) neque Tyridatem dediturum se Parthis dixit, neque aduersus Parthos Tyridati auxilia daturum. Ne tamen à Cesare nihil per omnia obtentum uideretur, Phraharti filium sine precio remisit, & Tyridati quoad manere apud Romanos uellet, opulentum sumptum præberi iussit. Post hæc finito Hispano bello, cum in Syriam ad componendum orientis statum peruenisset, metum Phraharti iniunxit, ne bellum Parthiæ uellet inferre. Itaque

creari, & Antonius à Parthis uincitur. Phrahartes propter crudelitatem è regno pellitur. Phrahartes in regnum restituitur. Tyridates ad Cesarem profugit. Phrahartes ad Cesarem legatio.

Signa & cap
tium Romani
a Parthis Au
gusto remis
si.
Iniqua
Biblioteca

Itaque tota Parthia captiui ex Crasiano, siue Antonij exercitu recollecti, signaq; cum his militaria Augusto remissa. Sed & filij Nepotesq; Phrahartii obsides Augusto dati, plusq; Caesar magnitudine sui nominis fecit quam armis alius imperator facere potuisset.

IVSTINI HISTORICAL

LIBER XLIII.

Vrbis Romę
origo & ini
tia.



Antiquus
Italia sta
tus.

Saturni reg
na.

Ideo arari
um Romę
volebant et
se in templo

Saturni.
Saturnalia.
Italia Satur
nia dicta.

Arthicus, orient alibusq; ac totius propemodū orbis rebus expeditis, ad initia Romę urbis Troguus, uelut post longam peregrinationē domū reuertitur: ingrati cuius officium existimans, si cum omnium gentium res gestas illustrauerit, de sola tantum patria taceat. Breuiter igitur initia Romani imperij perstringit, ut nec modum propositi operis excedat: nec utique originem urbis, quę est caput totius orbis, silentio prætermittat. Italia cultores primi Aborigines fuere, quorum rex Saturnus, tantę iustitię fuisse traditur, ut neq; seruerit sub illo quisquam, neq; quidquam priuata retinere: sed omnia communia, et indiuisa omnibus fuerint, ueluti unum cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam cautū est, ut Saturnalibus exequa to omnium iure passim in conuiujs serui cum dominis

recunt

recumbant. Itaque Italia regis nomine Saturnia adpellata est: & mons, quę inhabitat Saturnus, in quo nunc ueluti à loue pulso sedibus suis, Saturno Capitolū est. Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt, sub quo Euander ab Arcadię urbe Palanteo in Italiam cum mediocri turba popularium uenit: cui Faunus, & agros, & montem, quem ille postea Palatinum adpellauit, benignę assignauit. In huius radicibus templum Lyceo, quem Gręci Pana, Romani Lupercum adpellant, consistit. Ipsum dei simulachrum nudū caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romę Lupercalibus decurritur. Fauno fuit uxor nomine Fatua: quę asiduę diuino spiritu impleta, uelut per furorem futura præmonstrabat: unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Ex filia Fauni, & Hercule, qui eodem tempore extincto Geryone, armenta uictorię premia, per Italiam ducebant, stupro conceptus Latinus procreatur: quo tenente regnum, Aeneas ab illo Troia à Gręcis expugnata, in Italiam uenit: statimq; prælio exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, & ad colloquium uocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, ut in societatem regni reciperetur: & Lauinia in matrimonium data ei, gener ascisceretur. Post hæc commune utriusq; bellum aduersus Turnū Rutulorum regē, propter fraudatas Lauinię nuptias fuit: in quo & Turnus & Latinus interierūt. Igitur cum Aeneas iure uictorię utroq;

popu

Capitolium
Faunus Ita
lię rex.
Euander.

Palatinus
mons.

Pan Lyceus
Lupercalia.

Fatua Fauni
uxor.
Fatuari.

Latinus ex
Fauni filia &
Hercule.
Aeneas in
Italiam ad
uentus.

Bellum Ae
neæ cum
Turno.

Lavinium
Mezentium

Ascanius.
Alba longa.

CCC. annis

regni caput
Numitor &
Amulius.

Rhea.

† demisit:

Lucus Mar-
tis.

Lupa.

Faustulus
pastor.
Quia Deus
autor culpa
honestior
erat. Livi-
us Romulus &
Remus.
† Adulci

populo potiretur, urbem ex nomine uxoris Lavinia
condidit. Bellum deinde aduersus Mezentium regem
Etruscorum gessit: in quo cum ipse occidisset, in locum
eius Ascanius filius successit: qui Lavinio relicto, longam
Albam condidit, quae trecentis annis caput regni fuit.
Post multos deinde urbis huius reges, ad postremum
Numitor, & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius
cum aetate potiolem Numitorem oppressisset, filiam
eius Rheam in perpetuam uirginitatem, ne quis uin-
dex regni sexus uirilis ex genere Numitoris oriretur,
† demisit: addita iniuriae specie honoris, ut non dam-
nata, sed sacerdos electa uideretur. Igitur clausa in lu-
co Marti sacro, duos pueros, incertum, stupro, an ex
Marte conceptos, enixa est: quo cognito, Amulius mul-
tiplicato metu, prouentu duorum, pueros exponi iubet,
et puellam uinculis onerat, ex quorum iniuria decessit.
Sed fortuna origini Romanae prospiciens, pueros lupa
alendos obtulit: quae amisissis catulis discentia ubera exi-
nare cupiens, nutricem se infantibus praebuit. Cum se
pius ad paruulos, ueluti ad catulos reuerteretur, rem
Faustulus pastor animaduertit: subtractosque sepe inter
greges pecorum agresti uita nutriuit. Martios pueros
fuisse, siue quod in luco Martis enixi sunt, siue quod lu-
pa, quae in tutela Martis est, nutriri, ueluti manifestis
argumentis creditum est. Nomina pueris, alteri Re-
mo, alteri Romulo suere. † Adulci inter pastores de
uirtu-

uirtute quotidiana certamina, & uires & pernicitate
auxere. Igitur cum latrones a rapina pecorum indu-
striae, frequenterque summouerent, Remus ab ipsa latro-
Remus capiti-
nibus captus: & ueluti ipse esset, quod in alijs probi-
bebat, regi offertur, crimini datur, quasi greges Nu-
mitoris infestare solitus esset. Tunc a rege in ultionem
Numitori traditur. Sed Numitor adolescentia iuuenis
permotus, et in suspicionem expositi nepotis adductus,
cum eum nunc linamentorum filiae similitudo, nunc
aetas expositionis temporibus congruens, anxium tene-
ret, repente Faustulus cum Romulo superuenit: a quo,
origine cognita puerorum, facta conspiratione, & ado-
lescentes in ultione matris necis, & Numitor in uin-
dictam erepti regni armantur. Occiso Amulio regnum
Numitori restituitur, & urbs Romana ab adolescen-
tibus conditur. Tunc & Senatus centum seniorum, qui
Patres dicti sunt, constituitur. Tunc & uicinis commu-
bia pastorum dedignantibus, uirgines Sabine rapiun-
tur: finitimisque populis armis subiectis, primum ita
lia, mox orbis imperium quaesitum. Per ea adhuc tem-
pora, reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci
σκήπτρα dixerunt. Nam & ab origine rerum pro dijs
immortalibus ueteres hastas coluere: ob cuius religio-
nis memoriam adhuc deorum simulachris haste addun-
tur. Temporibus Tarquinij regis ex Asia Phocensium
iuuentus hostio Tyberis inuecta, amicitiam cum Ro-

Roma condi-
tur, uide Soli-
num. Senat⁹
Romanoru.
Haste regum
pro diadema
te insignia.
σκήπτρα &
βασιλεύς.
apud Home-

Priscus in Eusebio in Chronica. Tarquinij temporibus Phocenses in Italiae rece-
 runt. Masiiliensium origo, quorum etiam meminit Thuc. in proemio. *Φωκῶν τε μεταστίαρ ἀδελφότης.* Furius & Peranus Phocensium duces.
 manus iunxit. Inde in ultimos Galliae sinus nauibus profecta Masiilia inter Ligures, & feras gentes Gallos-
 rum condidit: magnasque res, siue dum armis se aduer-
 sus Gallicam feritatem tuentur, siue dum ultero lace-
 sunt, à quibus fuerant ante laceſſiti, gesserunt. Nanque
 Phocenses ex ignauitate ac macie terræ coacti, studio-
 sius mare, quam terras exercuerunt: piscando, mercan-
 do, plerunque etiam latrocínio maris, quod illis tempo-
 ribus gloria habebatur, uitam tolerabant. Itaque in ulti-
 mam Oceani oram procedere ausi, in sinum Gallicum
 hostio Rhodani annis deuenere: cuius loci amoenitate
 capti, reuersi domum, referentes, quæ uiderant, plures
 sollicitauere. Duces classi Furius & Peranus fuere. Ita-
 que ad regem Segoregiorum Senanum nomine, in cuius fini-
 nibus, urbem condere gestiebant, amicitiam petentes,
 conueniunt. Fortè eo die rex occupatus in adparatu
 nuptiarum Gypſis filia erat, quam more gentis, electo
 inter epulas genero, nuptum tradere illi parabat. Itaque
 cum ad nuptias inuitati omnes proci essent, rogantur
 & Græci hospites ad conuiuium. Introducta deinde
 uirgo, cum iuberetur à patre aquam porrigere ei, quem
 uirum eligeret, tunc omſis omnibus ad Græcos con-
 uersa, aquam Perano porrigit: qui factus ex hospite ge-
 ner, locum condendæ urbis à focero accepit. Condita igitur
 Masiilia est propè hostia Rhodani annis, in remo-
 to sinu, ueluti in angulo maris, Sed Ligures incremen-
 tis

† pceſſiſſent
 Inſperata nu-
 ptia.
 Masiilia ubi
 condita.

tis urbis inuidentes, Græcos aſſiduis bellis fatigabant.
 Qui pericula propulſando, in tantum enituerunt, ut ui-
 ctis hostibus, in captiuis agris multas colonias cõſtitue-
 rent. Ab his igitur Galli, & uſum uitæ cultioris, depo-
 ſita & manſuefacta barbaria, & agrorum cultus, &
 urbes mœnibus cingere didicerunt, Tunc & legibus non
 armis uiuere, tunc & uitam putare, tunc oliuam ſerere
 conſueuerunt. Adcoque magnus & hominibus & rebus
 impoſitus eſt nitor, ut non Græcia in Galliam emigrare
 ſe: ſed Gallia in Græciam translata uideretur. Mortuo
 rege Senano Segoregiorum, à quo locus acceptus cõden-
 dæ urbis fuerat, cum regno filius eius ſucceſſit Comma-
 nus, adfirmante regulo quodam, quandoque Masiilia exi-
 tio finitimis populis futuram, opprimendamque in ipſo
 exortu, ne mox ualidior ipſum obrueret: ſubnectit &
 illam fabulam. Canem aliquando partu grauidam, lo-
 cum à paſtore precario petiſſe, in quo pareret: quo ob-
 tento iteratò petiſſe, ut ſibi educare in eodem loco ca-
 tulos liceret: ad poſtremum adultis catulis, ſultam do-
 meſtico præſidio, proprietatem loci ſibi uendicaſſe.
 Non aliter Masiilienſes, qui nunc inquilini uideantur
 quandoque dominos regionum futuros. His incitatus
 rex, inſidias Masiilienſibus extruit. Ita ſoleni † Flo-
 raliorum die multos fortes, ac ſtrenuos uiros hoſpiti-
 iure miſit in urbem: plures ſcirpis latentes frondibus-
 que ſupertectos induci uehiculis iubet: & ipſe cum

Galli ciuile
 & manſuetio-
 rem uiuendi
 rationem à
 Græcis edo-
 cti.

Commanus?

Elegans fabu-
 la.

Quandoque
 p aliquando
 † Foraliorum
 Commani
 in Masiilien-
 ſes inſidia.

exercitu in proximis montibus delitecit: ut cum nocte prædictis aperte portæ forent, tempestivè ad insidias adessent: urbemq; somno, ac vino sepultâ armati inuaderent. Sed has insidias mulier quædam regis cognata prodidit, quæ adulterari cum Græco adolescente solita, in amplexu iuuenis miserata formam eius, insidias aperuit, periculum quæ declinare iubet. Ille rem statim ad magistratus fert: atq; ita patefactis insidijs, Ligures comprehenduntur, latentesq; de scirpis protrahuntur: quibus omnibus interfectis insidiant regi insidie tenduntur. Cæsa sunt cum ipso rege hostium VII. milia. Exinde Masiilienses fidei diebus portas claudere, uigilias agere, stationem in muris obseruare, peregrinos recognoscere, curas habere, ac ueluti bellum habent, sic urbem pacis temporibus custodire: adeo illic benè instituta, non temporum necessitate, sed rectè faciendi consuetudine seruantur. Post hæc illis magna cum Liguribus, magna cum Gallis fuisse bella: quæ res & urbis gloriam auxit, & uirtutem Græcorum multiplicata uictoria celebrem inter finitimos reddidit. Carthaginensium quoque exercitus, cum bellum captis piscatorum nauibus ortum esset, sæpè fuderunt, pacemq; uictis dederunt. Cum Hispanis amicitiam iunxerunt, cum Romanis propè ab initio conditæ urbis, foedus summa fide custodierunt: auxilijsq; in omnibus bellis industriè socios iuuerunt: quæ res illis & uirium fiduciam auxit,

Insidie in auctoris caput versa.

Inde etiã est, quod cum te lo nemini licuit intrare urbem, Valerius Maximus libr. II. ἡ πικρὸν ἔκκ. Masiiliensium bella & fortia facta.

Masiiliensium cum Romanis foedus & amicitia.

& pacem ab hostibus præstitit. Cum igitur Masiilia fama rerum gestarum, & abundantia opum, & uirium gloria uirente floreret, repente finitimi populi ad nomen Masiiliensium delendum, ueluti ad commune exitum Caramadus guendum incendium, concurrunt: Dux consensu omnium Caramadus regulus eligitur: qui cum magno exercitu lectissimorum uirorum urbem hostium obsideret, per quietem, specie toruæ mulieris, quæ se deam dicebat, exterritus, ultrò pacem cum Masiiliensibus fecit: petitoq; ut intrare urbem & deos eorum adorare liceret. Cum in arcem Mineruæ uenisset, conspecto in porticibus simulacro deæ, quam per quietè uiderat, repente exclamat illam esse, quæ se nocte exterruisset: illamq; recedere ab obsidione iussisse, gratulatusq; Masiiliensibus, quòd animaduertent eos ad curam deorum immortalium pertinere, torque aureo donata dea, in perpetuum amicitiam cum Masiiliensibus iunxit. Parta pace, & securitate fundata, reuertentes à Delphis Masiiliensium legati, quo missi munera Apollini tulerant, audiuerunt urbem Romanam à Gallis captam, incensamq;. Quam rem nunciatam domi publico funere Masiilienses prosecuti sunt, aurumq; & argentum publicum & priuatum contulerunt ad explendum pondus Gallis, à quibus redemptam pacem cognouerant. Ob quod meritum & immunitas illis decreta, & locus spectaculorum in Senatu datus, & foedus a quo iure percussum. In po-

Masiiliensium erga Romanos studium

Pompeij Tro stre mo libro Trogus maiores suos a Volcis originem
 gi genus & ducere: auum suum Trogum Pompeium Sertoriano bel-
 maiores. lo ciuitatem Cu. Pompeio peperisse dicit. Patruū Mi-
 Annuli cura thridatico bello, turmas equitum sub eodē Pompeio du-
 que hodie pe xisse. Patrem quoq; sub Caio Cesare militasse, episto la-
 nes cancellari rumq; & legationū simul, & annuli curam habuisse.
 os [vt vulgō appellamus] est.

IUSTINI HISTORICI
 LIBER XLIIII.

De Hispania
 Hispania vn
 de dicta.
 Hispaniq; sit^o



Hispania
 laus & fertili
 tas.
 Quacunq;
 ambitur ma-
 ri. Plin. libr.
 vltimo.
 † Suppetat.

Hispania, sicuti Europe termi-
 nos claudit, ita & huius operis
 finis futura est. Hanc ueteres
 ab Hybero anne primum Hy-
 beria, postea ab Hispalo Hispa-
 niam cognominauerunt. Hec
 inter Africam & Galliam posi-
 ta, Oceani freto & Pyrenæis montibus clauditur: sicut
 minor utraq; terra, ita utraq; fertilior. Nam neque ut
 Africa uolēto sole torretur, neq; ut Gallia asiduis uen-
 tis fatigatur, sed media inter utraq;: hinc temperato ca-
 lore, inde felicitibus & tēpestiuis imbribus in omnia fru-
 gum genera foecunda est: adeo, ut non ipsis tantum in-
 colis, uerumetiam Italiae, urbiq; Romanæ cūctarum reo-
 rum abundantiam † sufficiat. Hinc enim non frumens-
 ti tanta

ti tantum copia magna est, uerumetiam uini, mellis,
 oleiq;. Nec ferri solum materia præcipua est, sed & es-
 quorum pernices greges. Nec summa tatum terræ lau-
 danda bona, uerum & abstrusorum metallorum felices De sparto
 diuitiæ. Iam lini sparti que uis ingens, Minij ceretē nul- Plin. lib. 91
 la feracior terra. In hac cursus annium, non torren- cap. 2. Gell.
 tes, rapidiq; ut noceant sed lenes, & uineis campis que lib. 17. cap. 3
 irrigui, æstuarijs que Oceani affatim piscosi. Plerique meminit.
 etiam diuites auro, quod in laudibus uehunt: † uno tan- Hispaniæ flu-
 tum Pyrenæi montis dorso adheret Gallie, reliquis mina.
 partibus undiq; in orbem mari cingitur. Forma terræ † vni
 propè quadrata, nisi quodd arctantibus freti littoribus Hispaniæ de-
 in Pyrenæum cogit. Porro Pyrenæi montis spacium scriptio.
 sexcenta millia passuum efficit. Salubritas cœli per Pyrenæi mō-
 omnem Hispaniam, æqualis que aëris spiritus, nulla pa- tis spacium.
 ludum graui nebula inficitur. Hue accedunt & mari- Hispaniæ fa-
 nae auræ undiq; uersus asidui flatus, quibus omnē pro- luberrimus
 uinciam penetrantibus, euentilato terrestri spiritu, aer.
 præcipua omnibus sanitas reddatur. Corpora hominū
 ad inediam laboremq;, animi ad mortem parati. Dura
 omnibus & stricta parsimonia: bellum, q̄ ocium malūt:
 si extraneus deest, domi hostē quærunt. Sæpe tormentis
 pro silentio rerum creditarum immortui, adeo illis for-
 tior taciturnitatis cura, q̄ uitæ. Celebratur eadem etiā
 bello Punico serui illius patientia, qui ultus dominum
 inter tormenta risu exultauit: serena que lætitia cru-
 Maximus.

Hispaniorū
 mores.
 Interfecto
 Asdrubale,
 Valerius
 Maximus.

Rarum patie delitatem torquentium uicit. Velocitas genti pernix-
 tie exempla iniquies animus plurimis, militares equi, & arma san-
 Militaris rei guine ipsorum chariora. Nullus, nisi festis diebus epu-
 scientia Hi- larum adparatus. Aqua calida lauari post secundum
 spanorum. bellum Punicum a Romanis didicere. In tanta secu-
 Viriatus Hi- lorum serie nullus illis dux magnus praeter Viriatum
 spanoru dux fuit: qui annos decem Romanos uaria uictoria fatiga-
 uit (adeo feris propiora, quam hominibus ingenia
 sunt) quem ipsum non iudicio populi electum, sed ut
 cauendi scientem, declinandorum periculoru peritum
 secuti sunt. Cuius ea uirtus, continentiaq; fuit, ut cum
 consulares exercitus frequenter uicerit, tantis rebus
 gestis, non armorum, non uestis cultum, non deniq; ui-
 ctum mutauerit, sed in eo habitu, quo primum bellare
 coepit, perseverauerit: ut quiuis gregarius miles ipso
 imperatore etiam opulentior uideretur. In Lusitanis
 iuxta fluum Tagum, equas uento concipere multi au-
 tores prodiderunt: quae fabulae ex equarum fecundita-
 te & gregum multitudine natae sunt: qui tanti in Galle-
 cia, ac Lusitania tam pernices uisuntur, ut non imme-
 rito ipsi uento concepti uideantur. Gallecti autem,
 Graecam sibi originem adserunt. Siquidem post finem
 Troiani belli Teucrum morte Aiace fratris inuisum
 patri Telamoni, cum non reciperetur in regnum, Cy-
 prum concessisse, atq; ibi urbe nomine antiquae patriae
 Salamina. Salaminem condidisse. Inde accepta opinione paterna

Uine
 Rarum patie
 Militaris rei
 scientia Hi-
 spanorum.

Viriatus Hi-
 spanoru dux

πιφωνιμα.

Fabula de
 equabus Hi-
 spanorum.

Flante Fauo-
 nio.
 Gallecti.
 Teucer.

Salamina.

mor=

mortis, patriam repetisse. Sed cum Eurice Aiace fia-
 lio accessu prohiberetur. Hispaniae littoribus adpul-
 sum, loca, ubi nunc est Carthago, noua occupasse: inde
 Galleciam transisse, positisque sedibus genti nomen de-
 Gallectiam autem portio Amphilocho dicuntur. Re-
 disse. Gallectiae autem portio Amphilocho dicuntur. Re-
 tilitas circa
 Beticam.
 gio cum eris & plumbi uberrima, tum minio, quod etia
 uicino flumini nomen dedit. Auro quoq; ditissima, adeo
 ut etiam aratro frequenter glebas aureas exscindant. In
 huius gentis finibus sacer mons est, quem ferro uiola-
 ri nefas habetur. Sed si quando fulgure terra profecissa
 est, quae in his locis assidua res est, detectum aurum, uelut
 dei munus colligere permittitur. Focinae res domesti-
 cas, agrorumque culturas administrant: ipsi armis, &
 rapinis seruiunt. Praecipua his quidem ferri materia,
 sed aqua ipso ferro uiolentior. Quippe temperamen-
 to eius ferrum acrius redditur: nec ullum apud eos tea-
 lum probatur, quod non aut Bilbili flumino, aut chalybe
 tingatur. Vnde etiam Chalybes flumini huius finitimi ad-
 pellati, ferroq; ceteris praestare dicuntur. Saltus uero
 Tartesiorum, in quibus Titanas bellum aduersus de-
 os gefisse proditur, incoluere Curetes. Quorum rex
 uetustissimus Gargoris, mellis colligendi usum primus
 inuenit. Huic cum ex filia stupro nepos prouenisset, pu-
 dore flagitij, uarijs generibus extingui paruulum uo-
 luit: sed per omnes casus fortuna quadam seruatus, ad
 postremum ad regnum tot periculoru miseratione per-
 uenit.

Galleciae fer-
 tilitas circa
 Beticam.

Sacer mons

Chalybes.
 Saltus Tarte-
 siorum.
 Gigantes.
 Curetes.
 Dissentit a
 seipso.
 Gargoris.

Y S

Exemplum
impietatis &
crudelitatis
in nepotem.
Puer neri-
tus à cane,
Sue, postre-
mum cerua.

uenit. Primum omnium cum cum exponi iussisset, & post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inuentus est uario ferarum lacte nutritus, Deinde relatum domum tramite angusto, per quem armenta commicare consueuerant, proijci iubet: crudelis prorsus, qui proculcari nepotem, quam simplici morte interfici maluit, Ibi quoque cum inuiolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo ieiunis, & multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suis obijci iubet, itaque cum non solum non nocerent, uerum etiam quarundam uerberibus aleretur, ad ultimum in Oceanum abijci iussit. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes aestus, ac reciprocantes undas, uelut naue non fluctu ueheretur, leni salo in littore exponitur: nec multo post cerua adsuit, quae ubera paruulo obferret. Inde denique conuersatione nutritis eximia puero pernicitas fuit, inter quae ceruorum greges diu montes, saltusque haud inferior uelocitate peragravit. Ad postremum laqueo captus, regi datus dono est. Tunc ad lineamentorum similitudinem ex notis corporis, quae iniuste paruulo fuerant, nepos est agnitus. Admiratione deinde tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destitatur. Nomen illi impositum Habidis, qui ut regnum accepit, tanta magnitudinis fuit, ut non frustra deorum maiestate periculis ereptus uideretur. Quippe barbarum populum legibus iunxit, boues primo aratro domat

Habis rex.

domari, frumenta que sulco serere docuit: & ex agrarum cibo melioribus uesci, & eorum, quae ipse passus fuerat, homines coegit. Huius casus fabulosi uiderentur, nisi & Romanorum conditores lupa nutriti, & Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur. Ab hoc & ministeria seruilia populo interdicta, & plebs in septem urbes diuisa. Mortuo Habide, regnum per multa secula à successoribus eius retentum est. In alia parte Hispaniae, & quae ex insulis constat, regnum penes Geryonem fuit. In hac, pabuli tanta latitudo est, ut nisi abstinentia interpellata, sagina fuerit, pecora rumpantur. Inde denique armenta Geryonis, quae illis temporibus sola opes habebantur, tanta fame fierent, ut Herculem ex Asia praedae magnitudine illexerint. Porro Geryonem ipsum non triplicis naturae, ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tantae concordiae extitisse, ut uno animo omnes regi uiderentur: nec regere bellum Herculi sua sponte intulisse, sed cum armenta suarapi uidissent, amissa bello repetisse. Post regna deinde Hispaniae, primi Carthaginenses imperium prouinciae occupauere. Nam cum Gaditani à Tyro, unde & Carthaginensium origo est, sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent, urbem que ibi condidissent, inuidentibus incrementis nouae urbis, finitimis Hispaniae populis ac propterea Gaditanos bello lacessentibus, auxilium consanguineis Carthaginensibus

Geryon.

Historia de
Hercule &
Geryone.

Quae fuerit
Carthagine
suis occasio
Hispaniae
occupandae.

ses miserunt. Ibi felici expeditione, & Gaditanos ab in-
iuria uendicauerunt, & maiorem partem prouinciae
imperio suo adiecerunt. Postea quoque hortantibus pri-
mae expeditionis auspicijs, Amilcarem imperatorem cum
magna manu ad occupandam prouinciam miserunt: qui
magnis rebus gestis dum fortunam inconsultius sequi-
tur, in insidijs deductus occiditur. In huius locum gener
ipsius Asdrubal mittitur: qui & ipse a seruo Hispani
cuiusdam, ulciscantis domini iniustam necem, interfes-
tus est. Maior utroque Annibal imperator Amilcaris
filius succedit. Siquidem res gestas utriusque supergressus,
uniuersam Hispaniam domuit. Inde Romanis illato bello,
Italiam per annos sedecim uarijs cladibus fatigauit.
Cum interea Romani missis in Hispaniam Scipionibus,
primò Pœnos prouincia expulerunt. Postea cum ipsis
Hispanis grauia bella gesserunt: nec prius perdomitæ
prouinciæ iugum Hispania accipere potuerunt, quam
Casar Augustus perdomito orbe uictoria ad eos arma
transtulit, populumque barbarum ac ferum legibus
ad cultiorem uitæ usum traductum, in for-
mam prouinciæ redegit.

FINIS.

QUANquam in monarchijs & annorum ratione
constituenda uehementer uariant auctores: tamen
ut historiae series atque ordo facilius a pueris pos-
set percipi, adnotauimus partim ex Eusebio, partim ex
Beroso & Metasthene ea tantum, quæ ad planiorè paulò
& explicatiorem Iustini lectione conducere uidebantur.

PRIMA MONARCHIA	Sofares	21. an. 20
Affyrriorum, in qua re- ges fuerunt.	Lampares Panyas	22. an. 30 23. an. 45
Ninus Iouis Beli filius reg- nauit	Sofarmus	24. an. 19
Semiramis Nini vx- or	Mitreus Tautanes	25. an. 27 26. an. 32
Zames Ninias semiramidis filius	Tauteus Tineus	27. an. 40 28. an. 30
Arius	Dercillus	29. an. 40
Aralius	Eupales	30. an. 38
Baleus Xerxes	Laosthenes	31. an. 45
Armatrites	Pyriciades	32. an. 30
Belochus Baal sacer- dos	Ophrateus Ophrateus	33. an. 20 34. an. 30
Baleus	Ocrasapes	35. an. 42
Altadas	Sardanapalus po- tremus	36. an. 20
Mamitus	DVRAVIT HOC	
Malcaleus	Affyrriorum impe- rium annos	
STERVS seu Spe- rus		1229.
Mamelus	SECUNDAE MONAR- chia Medorum reges.	
Spareus		
Ascatades	Arbaces	1. an. 28
Amyntas	Mandanes	2. an. 50
Belochus	Sofarmon	3. an. 30
Bellopares	Articarmines	4. an. 50
Lamprides	Arbianes	5. an. 22
	Arceus	

Richardus Gotes

Richardus Gotes





DE MONARCHIIS

Arceus 6. an. 40 QVARTA MONAR-
 Artines 7. an. 22 chia Alexandri seu Macedo-
 Abybares 8. an. 30 num. Est autem reru sum-
 Astyages 9. an. 30 ma potius Alexander, an-
 STETIT MEDORVM nis 12. Post que inter prin-
 regnum annis 300. mi-
 nus 8. annis cipes regna diuisa sunt.

TERTIA MONAR- Arideus annis 7
 chia Perfarum ha- Cassander annis 18
 buit reges 14. Antipater & Ale-

Cyrus 1. an. 20 xander annis 4
 Cambyses 2. an. 7. mensi. 5. Demetrius annis 6
 Patizithes & Smerdis Pyrrhus mensi. 6
 fratres Magi 3. men. 7 Lyfimachus annis 5

Darius 4. an. 36 Ptolemaeus ni-
 Xerxes 5. an. 20 annis 1
 Artabanes praefectus, qui Meleagrus mensi. 2
 Xerxem occidit 6. men. 7 Antipater annis 1

Artaxerxes Longi Softhenes annis 2
 manus 7. an. 40 Antigonus Gonatas an. 36
 Xerxes 8. men. 2 Demetrius annis 10

Sogdianus 9. men. 8 Antigonus annis 15
 Darius Nothus 10. an. 19 Philippus annis 42
 Artaxerxes Mne- Perseus vltimus Macedo-
 mon 11. an. 40 num rex annis 10

ARTAXER- SVMMA ANNORVM
 xes Ochus 12. an. 26 Macedonici regni 157.

Artes 13. an. 40 anni, mensis 7.
 Darius Arsami filius, que Iu- ASIAE.
 stinus Codomanum dicit ap Antigonus annis 18
 pellatum, imperavit an. 6 Demetrius πολλ
 DVRAVIT PERSA- ^{ερητης} annis 17
 rum imperium, annis 230. SYRIAE.

& mensibus 5. Seleucus Nicanor an. 32
 SYRIAE

Handwritten notes at the bottom of the page.

DE MONARCHIIS.

SYRIAE ET AEGYPTI.
ASIAE.

Ptolemaeus Lagi filius an-
 Antiochus Soter annis 43 nis 40
 Antiochus Theos an. 15 Ptolemaeus Philadelphus
 Seleucus Gallinicus an. 20 annis 38
 Seleucus Ceraunus an. 3 Ptolemaeus Euergetes an-
 Antiochus Magnus an. 36 nis 26
 Seleucus Philopater an. 12 Ptolemaeus Philopater an-
 Antiochus Epiphanes an. 11 nis 17
 Antiochus Eupator an. 2 Ptolemaeus Epiphanes an-
 Demetrius Soter an. 22 nis 24
 Alexander an. 10 Ptolemaeus Euergetes an-
 Demetrius an. 3 nis 28
 Antiochus Sedetes an. 9 Ptolemaeus Phiscó siue So-
 Demetrius iterum an. 4 ter annis 17
 Antiochus Gryphus an. 12 Ptolemaeus Alexander an-
 Antiochus Cyricenus an. 18 nis 10
 Philippus an. 2 Ptolemaeus Lathirus an. 8
 DVRAVIT SYRIAE Ptolemaeus Dionysius an-
 regnum annis nis 39
 289. Cleopatra annis 22

Handwritten signature or note on the left side of the page.

STETIT AEGYPTI POST
Alexandrum regnum an-
nis 288.

ALEXANDRI MONARCHIA
duravit annis 300.

FINIS.

Large handwritten scribbles and notes at the bottom of the page.

